وفيها عاد عمر q بن مخلول احد امراء العربان الي الحبس بعجلون، وكان من حديثه ان الملك الظاهر حبسه بعجلون مقيّدا، فهرب من الحبس المذكور الي بلاد التتر، ثم ارسل يطلب الامان، فقال الملك الظاهر ما اومنه الّا ان يعود الي عجلون ويضع القيد في رجله كما كان، فعاد عمر الي عجلون وجعل القيد في رجله، فعفي عنه الملك الظاهر عند ذلك *

وفيها قويت اخبار التتر لقصد الشام r، فجفل الناس *

وفيها في جمادي الاولي كانت ولادة العبد الفقير مولّف هذا المختصر اسماعيل بن علي بن محمود بن محمد بن عمر بن شاهنشاه بن ايوب بدار ابن الزنجيلي بدمشق المحروسة، فان اهلنا كانوا قد جفلوا من حماة الي دمشق بسبب اخبار التتر *

وفيها توفي الشيخ جمال الدين ابو عبد الله محمد بن عبد الله بن مالك الطائي الجياني s النحوي وله في النحو واللغة مصنّفات كثيرة مشهورة *

وفيها في ذي القعدة توفي الامير مبارز الدين اقوش المنصوري مملوك الملك المنصور صاحب حماة ونايب سلطنته، وكان اميرا جليلا عاقلا شجاعا، وهو قبجاقي الجنس *

وفيها

firmatoque gradu in imperio continuabat ad hunc usque annum, quo Sabtam ſui iuris faciebat. Poſt eius mortem, quae quando contigerit mihi non conſtat, regnabat eius filius, Abu-Iacub Iuſef, donec anno DCCVI necaretur, ut ibi dicemus.

Eodem petebat Malec ed-Daher Bibars cum copiis ſuis Damaſcum, et Omar (25), filius Machlul, Emirus aliquis Arabum, redibat in carcerem ſuum. Nimirum Malec ed-Daher eum olim Eglunae in vinculis et cuſtodia depoſuerat. Sed evaſerat deinceps ad Tataros; indeque per nuncios deprecabatur a Sultano delictorum veniam, et ſpiritus ſecuritatem. Promittebat Sultan, ſed ea conditione, ſi ſponte ſua rediret Eglunam, ipſeque ſuis manibus pedicas circum crura ſibi circumponerent. Fretus ea pollicitatione redibat hoc tempore Omar, pedemque in priſtinos immittebat compedes, eoque veniam merebatur.

Interea increbreſcente rumore de Tatarorum imminente in Syriam invaſione, trepidi paſſim aufugiebant.

Eiusdem anni menſe quinto natus fuit Abd-el-Fakir (26) [ſeu ſervus dei bonorum omnium pauper et gratiae divinae indigus], compilator huius compendii, Iſmaël, filius Alii, filii Mahmudi, filii Muhammedis, filii Omari, filii Schahinſchahi, filii Eiubi, in domo Ibn-ez-Zengilii, Damaſci, quam urbem deus a malis omnibus immunem ſervare velit. Eo enim familia noſtra, metu invaſionis Tataricae, de qua rumores indies creſcebant, aufugerat.

Eodem obibat Schaich Gemal-ed-din Abu-Abdalla Muhammed, filius Abdalla, filii Maleki, Taiita, el-Gani, auctor plurium et celebrium librorum argumenti grammatici et philologici.

Eiusdem menſe undecimo decedebat Emir Mobarez-ed-din Acuſch Manſuricus, mamlucus Malec el-Manſuri, domini Hamatae, et Naieb [ſeu locumtenens] in Sultanatu, vir illuſtris, ſapiens, fortis, gentis Capgagita.

وفيها في يوم الاثنين ثامن عشر ذي الحجة توفي الشيخ العلامة نصير الدين الطوسي واسمه محمد بن محمد بن الحسين الامام المشهور، وكان يخدم صاحب الالموت ثم خدم هولاكو وحظي عنده وعمل لهولاكو رصدا بمراغة وزيجا، وله مصنفات عديدة كلها نفيسة، منها اقليدس يتضمن اختلاط الاوضاع وكذلك المجسطي وتذكرة في الهيئة لم يصنّف في فنّها مثلها، وشرح الاشارات واجاب عن غالب ايرادات فخر الدين الرازي عليها، وكانت ولادته في حادي عشر جمادي الاولي سنة سبع وتسعين وخمسماية وكانت وفاته ببغداد ودفن في مشهد موسي الجوّاد ✡

ثم دخلت سنة ثلث وسبعين وستماية، فيها توجه الملك الظاهر بيبرس الي بلاد سيس، فدخلها بعساكره المتوافرة وغنموا، ثم عادوا الي دمشق حتي خرجت هذه السنة ✡

ثم دخلت سنة اربع وسبعين وستماية، فيها نازلت التتر البيرة، وكان اسم مقدّمهم انطاي، وكان الملك الظاهر بدمشق، فتوجّه الي جهة البيرة، فرحل التتر عنها، ولاقي الملك الظاهر الخبر برحيلهم وهو بالغطيفة، فاتمّ السير الي حلب ثم عاد الي مصر *

وفيها بعد وصول الملك الظاهر الي مصر جهّز جيشا مع اقسنقر الفارقاني ومع عز الدين ايبك الافرم الي النوبة، فساروا اليها ونهبوا وقتلوا وعادوا بالغنايم *

وفيها كان زواج الملك السعيد بركة بن الظاهر بيبرس بابنة الامير سيف الدين قلاوون الصالحي غازية خاتون *

وفيها في اواخر السنة المذكورة عاد الملك الظاهر الي الشام *

ثم

Eiusdem anni die quodam Lunae 18 menſis ultimi, obiit Schaich el-Allama [ſeu polyhiſtor] Naſir-ed-din Tuſenſis (27), vero nomine Muhammed, filius Muhammedis, filii Haſani, celeber ille Imamus. Primum quidem Almutae domino, Iſmaëlitae, ſerviebat, dein autem Hulacuo, cuius in gratiam obſervationes aſtronomicas Marragae inſtituebat et Zig [ſeu tabulas aſtronomicas] edidit. Multa ſcripſit, ſed omnia incomparabilia et magnifacienda; ut Euclidem, qui continet complicationem theorematum* et Almageſtum [ſeu την μεγιστην Ptolemaei]; nec non hypomnemata aſtronomica, librum, cui par alius in hoc genere non exſtat, porro commentarium in Iſcharat (28), in quo reſpondit ad omnia dubia, a Fachr-ed-dino Razio in eum librum prolata. Natus fuerat undecimo die quinti menſis anni DXCVII; deceſſit Bagdadi, ubi etiam in Maſchhad [ſeu martyreo] Muſae Gavvadi [ſeu Moſis liberalis, Imami, Alidae] conditus fuit.

Anno DCLXXIII [qui die 6 Iulii A.C. 1274 coepit] ſuſcipiebat Malec ed-Daher expeditionem in agrum Siſenum, cum copiis ſuis numeroſiſſimis, multaque inde coacta praeda redibat Damaſcum. In quibus annus ille finiebat.

Anno DCLXXIV [qui die 26 Iun. A.C. 1275 coepit] obſidebant Tatari Biram ſub auſpiciis imperatoris ſui, Antaii. At quum e Damaſco illuc moveret Malec ed-Daher, abibant. Quod factum hic audiens apud Cotaifam continuabat iter Halebum, deinde repetebat Miſram. Vnde copias expediebat cum Acſoncoro Farecanenſe et Azz-ed-dino Ibeco Aframo, in Nubiam, ubi poſtquam caede rapinisque graſſati fuiſſent, onuſti praeda redibant.

Eodem nuptiae erant Malec es-Saïdi Borca, filii Malec ed-Daheri Bibarſi, cum Gazia Chatun, filia Emiri, qui tum temporis adhuc erat, Saif-ed-dini Kelavuni Salehici.

* Haec non intelligo. Forte deeſt vox, declarationem confuſionis theorematum; hoc eſt, indicat ubi theoremata confuſa et transpoſita ſint, et quomodo rectius debeant digeri.

ثم دخلت سنة خمس وسبعين وستماية، فيها في المحرم وصل الملك الظاهر بيبرس الي دمشق، وكان قد خرج من مصر في اواخر سنة اربع وسبعين، وبلغه وصول الامراء الرومييين الوافدين وهم بيجار الرومي وبهادور ولده واحمد بن بهادور وغيرهم، فسار الملك الظاهر الي جهة حلب والتقاهم واكرمهم، ثم عاد الي الديار المصرية *

ذكر دخول الملك الظاهر الي بلاد الروم، وفي هذه السنة عاد الملك الظاهر بيبرس بعساكره المتوافرة الي الشام، وكان خروجه من مصر في يوم الخميس العشرين من رمضان هذه السنة ووصل الي حلب ثم الي النهر الازرق، ثم سار الي ابلستين فوصل اليها في ذي القعدة والتقي بها جمعا من التتر مقدمهم شاون ١، وكانوا نقاوة المغل، فالتقي الفريقان في ارض ابلستين يوم الجمعة عاشر ذي القعدة من هذه السنة، فانهزم التتر واخذتهم سيوف المسلمين وقتل مقدّمهم تناون وغالب كبرايهم واسر منهم جماعة كثيرة صاروا امراء ٢، وكان من جملة الماسورين في هذه الوقعة سيف الدين قمجق وسيف الدين ارسلان، وسنذكر اخبارهما ان شاء الله تعالي، ثم سار الملك الظاهر بعد فراغه من هذه الوقعة الي قيسارية واستولي عليها، وكان الحاكم بالروم يومييذ معين الدين سليمان البرواناه، وكان يكاتب الملك الظاهر في الباطن، وكان يظنّ الملك الظاهر انه اذا وصل الي قيسارية يصل اليه البرواناه علي ما كان قد اتفق x معه في الباطن، فلم يحضر البرواناه لما اراده الله من هلاكه علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي، واقام الملك الظاهر علي قيسارية سبعة ايام في انتظار البرواناه وخطب له علي منابرها، ثم رحل عن قيسارية في ثاني عشرين ذي

القعدة

Eiusdem anni ſub finem tendebat Daher in Syriam et menſe quidem ſequentis anni DCLXXV primo [qui die 14 Iunii A. C. 1276 coepit] Damaſcum veniebat; ubi quum audiret advenire quosdam Emiros e Romania, quales erant Bigar Romanus, et eius filius, Behadur, et huius denique filius, iſtius nepos Ahmed, atque alii, cultum et reverentiam ipſi teſtificaturos, procedebat iis obviam Halebum, magnoque illos cum honore accipiebat. Quo facto rurſus Aegyptum repetebat.

Sed eodem rurſus egreſſus Miſra, die quodam Iovis, vigeſimo noni menſis, redibat in Syriam cum numeroſo exercitu ſuo, Haleboque transmiſſa, et fluvio Azraco [ſeu coeruleo], petebat Ablaſtin (29); quo delatus undecimo menſe numerum inveniebat Tatarorum, robor Mogolicum, cum eorum duce Tanaun; quos Daher, commiſſo ibi praelio, die quodam Veneris, decimo dicti menſis undecimi, fundebat, miſereque gladiis lacerabat Muſlemicis, ipſum ducem cum plurima parte ceterorum tribunorum necabat, alios capiebat vivos, qui deinceps in caſtris noſtratibus merentes magni nominis Emiri evaſerunt. Tales erant Saif-ed-din Capgac, et Saif-ed-din Arſlan, de quibus deinceps narrabimus. Confecto iſtoc conflictu petebat Daher Caeſaream [Romaniae ſeu Cappadociae], ſperans qui tum in iſtis terris erat Hakem [ſeu praetor], Moïn-ed-dinum Solaimanum al-Parvana, cum quo hactenus clam litteras permutaverat, ibi ſe ipſi adiuncturum eſſe, quemadmodum inter ipſos convenerat. Sed non aderat Parvana, deo ſic volente, eiusque ſic accelerante interitum, quemadmodum e veſtigio dicemus. Praeſtolatus igitur Daher ſocium apud Caeſaream per ſeptem dies, ſed fruſtra, poſtquam audiviſſet ibi per templorum ſuggeſtus vota ſibi facta (30), diſcedebat die vigeſimo menſis undecimi, magnaque cum moleſtia copias ad Amk [ſeu profundum] Haremi reducebat humano victo pabuloque iumentorum prorſus conſumto, et equorum parte plurima corrupta. Menſem ibi Muſlemi tranſigebant.

De

القعدة وحصل للعسكر شدة عظيمة من نفاد القوت والعليف وعدمت غالب خيولهم ، ووصلوا الي عمق حارم واقاموا به شهرا ، ولما بلغ ابغا بن هولاكو ساق في جموع المغل حتي وصل الي الابلستين وشاهد عسكره صرعي ولم يشاهد احدا من عسكر الروم مقتولا ، فاستشاط غضبا وامر بنهب الروم وقتل من مرّ به من المسلمين ، فنهب وقتل منهم جماعة ، ثم سار ابغا الي الاردو وصحبته معين الدين البرواناه ، فلما استقرّ بالاردو امر بقتل البرواناه ، فقتل وقتلوا معه نيفا وثلثين نفسا من مماليكه وخوّاصه ، واسم البرواناه المذكور سليمان والبرواناه لقب وهو الحاجب بالعجمي ، وكان مقتله بالاطاغ ؛ ، وكان البرواناه حازما بتدبير المملكة ذا مكر ودهاء *

وفي هذه السنة توفي الشهاب محمد بن يوسف بن زايدة التلعفري الشاعر *

وفيها مات الشيخ خضر في حبس الملك الظاهر *

وفيها عاد الملك الظاهر من عمق حارم وتوجّه الي دمشق *

ثم دخلت سنة ست وسبعين وستماية ، فيها في خامس المحرم وصل الملك الظاهر بيبرس الي دمشق ونزل بالقصر الابلق ، وكان قد رحل من عمق حارم في اواخر سنة خمس وسبعين *

ذكر وفاة الملك الظاهر بيبرس ، فيها في يوم الخميس السابع والعشرين من المحرم توفي السلطان الملك الظاهر ابو الفتح بيبرس الصالحي النجمي بدمشق وقت الزوال رحمه الله تعالي عقب وصوله من بلاده الروم الي دمشق علي ما تقدّم ذكره ، وقد اختلف في سبب موته ، فقيل انه انكسف القمر كسوفا كليا وشاع بين الناس

ان

De hac ſuorum clade, ſuique praetoris perfidia, edoctus Hulacui filius et ſucceſſor, Aboga, propere advolabat cum copiis ſuis Mogolicis ad Ablaſtin; ubi videns Mogolos quidem ſuos proſtratos, ne unum autem de copiis Romanis [Muſlemis pariter atque Tataricis, qui ſub imperio Parvanae Romaniam Tataro cuſtodiebant], fremens et ardens ira iubebat Romaniam expilari, et Muſlemos eorum tractuum, quos in tranſitu attingebat, omnes trucidari. Sic retro pergebat ad Ordu [ſeu campum imperialem, unde venerat], ſecum trahens Parvanam; qui ibi loci iuſſu eius peremtus eſt (31) una cum aliis plus triginta tam mamlukis eius, quam familiaribus. Nomen Parvana non proprium eſt, ſed dignitatis, et notat in lingua Perſica idem, quod in Arabica vox Hageb [ſeu camerarium]. Nomen ipſi proprium erat Solaiman. Vir fuerat in tractandis rebus politicis cautus et aſtutus. Caedes ipſi contingebat apud Alatac. (32)

Eodem obiit Schahab [vel Schahab-ed-din] Muhammed, filius Ioſefi, filii Zaiedae, T'all-Afarenſis, poëta.

Nec non Schaich Chidr in carcere, quo eum, ut paullo ante videbamus, Malec ed-Daher damnaverat.

Eiusdem anni ſub finem movebat idem Daher ex Amc Harem verſus Damaſcum, quo perveniebat die quinto primi menſis anni DCLXXVI [qui coepit die 4 Iunii A. C. 1277] et in Caſr al-Ablac [ſeu variegato] deſcendebat, quo in ipſo quoque ſuae vitae finem eiusdem menſis vigeſimo ſeptimo eodemque Iovis die, circa tempus declinantis ſolis, inveniebat. De cauſſa mortis non idem referunt omnes. Narrant aliqui, lunam circa id tempus ex integro deliquiſſe, ex eoque natum rumorem vulgarem, portendi mortem viri maximae dignitatis. Hanc huius phaenomeni ominoſam interpretationem voluiſſe Malec ed-Daherum a ſe ad alium aliquem avertere, ideoque arceſſiviſſe aliquem de familia Eiubidarum, Malec el-Caher dictum, de filiis unum Malec en-Naſeri Davudi, filii Malec el-Moattami Iſae;

ان ذلك سبب موت رجل جليل القدر، فاراد الملك الظاهر ان يصرّف التاويل الي غيره، فاستدعي بشخص من اولاد الملوك الايوبية يقال له الملك القاهر من ولد الملك الناصر داود بن المعظم عيسي، واحضر قمرا z مسموما وامر الساقي، فسقاه الملك القاهر المذكور، فشرب الملك الظاهر ناسيا بذلك الهناب a علي اثر شرب الملك القاهر، فمات الملك القاهر عقيب ذلك، واما الملك الظاهر فحصلت له حمي محروقة وتوفي في التاريخ المذكور، وكتم نايبه ومملوكه بدر الدين سليك b المعروف بالخزندار موته وصبّره وتركه في قلعة دمشق الي ان استوت c تربته بدمشق قرب الجامع فدفن فيها، وهي مشهورة معروفة، وارتحل بدر الدين يبليك بالعساكير ومعهم المحفّة مظهرا ان الملك الظاهر فيها وانه مريضا، وسار الي ديار مصر، وكان الملك الظاهر قد حلّف العسكر لولده بركه بن بيبرس ولقبه الملك السعيد وجعله وليّ عهده، فوصل بيليك الخزندار بالخزاين والعسكر الي الملك السعيد بقلعة الجبل وعند ذلك اظهر موت الملك الظاهر وجلس ابنه الملك السعيد للعزاء واستقر في السلطنة، وكانت مدة مملكة الملك الظاهر نحو سبع عشرة سنة وشهرين وعشرة ايام، لانه ملك في سابع عشر ذي القعدة سنة ثمان وخمسين وستماية وتوفي في سابع عشرين المحرم من سنة ست وسبعين وستماية، وكان ملكا جليلا شجاعا عاقلا مهيبا، ملك الديار المصرية والشام وارسل جيشا فاستولوا علي النوبة وفتح الفتوحات الجليلة مثل صفد وحصن الاكراد وانطاكية وغيرها علي ما تقدّم ذكره واصله

d) فتسلمها Forte فتسلماها e) شميميس C. Leid. شميس
f) Forte post برح deest يمشي
g) يخدم Num تخزم? Locus obscurus. h) المتني Num المثني?

huic pocillatorem auguſti, ex eius mandato, vinum toxicatum porrexiſſe, de quo ipſo poculo ipſe auguſtus paullo poſt oblitus ſui nonnihil delibarit. Itaque factum fuiſſe, ut Caher quidem protinus poſt hauſtum perierit, Daher autem in febrim inciderit ardentem, ex qua tempore, quo diximus, exſpirarit. (33) Vicarius et mamlucus eius, Bedr-ed-din Bilik, vulgo Chazandar [ſeu theſaurarius dictus] principis obitum occultabat, aloëque et aromatibus conditum cadaver relinquebat in arce Damaſcena, donec perfecta eſſet eius Torba [ſeu monumentum ſepulcrale] prope templum magnum Damaſcenum, eique cadaver inferretur. Eſt illud monumentum celebre et cuivis notum. Poſtea movebat Bilik Damaſco Miſram cum copiis, ſimulans et evulgans, Bibarſum in lectica, quam ſecum per ſpeciem vehebat, aegrum decumbere; donec ad Malec es-Saïdum Borca, defuncti filium, veniret, nuncupatum a patre ſucceſſorem; et cuius in fidem iam antea pater adhuc vivus exercitum adegerat. Delatus in arcem montanam tradebat Bilik huic tam copias, quam ceteros theſauros. Quo facto mors Daheri promulgabatur, et praeſidebat Malec es-Saïd ad accipiendas conſolationes, et Sultanatum protinus capeſſebat.

Regnavit igitur Sultan Malec ed-Daher Abu'l-Fath Bibars Salehicus Nagmicus [h. e. Malek es-Salehi Nagm-ed-dini quondam mamlucus] per ſeptendecim annos, duosque praeterea menſes et decem dies. Summam enim invaſit poteſtatem die 17 menſis undecimi anni DCLVIII et obiit die 27 primi menſis anni DCLXXVI, ut modo diximus. Erat princeps illuſtris, fortis, ſapiens (34), magna pollens auctoritate, late regnans. Nam, praeter Aegyptum et Syriam, quas tenebat, magnam quoque Nubiae partem per copias illuc miſſas ſubegerat. Ipſe quoque celeberrimis victoriis pomoeria ſuae ditionis ampliaverat, ut Safeda, Heſn el-Acrad, Antiochia, et aliis, ſub iugum miſſis, quas ſupra ſingulas commemoravimus. Initio mamlucus erat, gente

واصله مملوك قبجاقي الجنس ، سمعت انه برجعلي d ، وكان اسمر ازرق العينين جهوري الصوت ، حضر هو ومملوك اخر مع تاجر الي حماة فاستحضر هما الملك المنصور محمد ليشتريهما ، فلم يعجبه واحد منهما ، وكان ايدكين البندقدار الصالحي مملوك الملك الصالح ايوب صاحب مصر قد غضب عليه الملك الصالح المذكور ، وكان قد توجّه ايدكين الي جهة حماة ، فارسل الملك الصالح وقبض علي ايدكين المذكور واعتقله بقلعة حماة ، فتركه الملك المنصور صاحب حماة في جامع قلعة حماة ، واتفق ذلك عند حضور الملك الظاهر مع التاجر ، فلما قلّبه الملك المنصور ولم يشتره ارسل ايدكين البندقدار وهو معتقل فاشتراه وبقي عنده ، ثم افرج الملك الصالح عن البندقدار فسار من حماة وصحبته الملك الظاهر وبقي مع استاذه البندقدار المذكور مدة ، ثم اخذه الملك الصالح من البندقدار فانتسب الي الملك الصالح دون استاذه وكان يخطب له وينقش علي الدراهم والدنانير بيبرس الصالحي ، وكان استقرار الملك السعيد بركة بن الملك الظاهر في مملكة مصر والشام في اوايل ربيع الاول من هذه السنة (اعني سنة ست وسبعين وستماية) واستقر بدر الدين بيليك الخزندار في نيابة السلطنة علي ما كان عليه مع والده واستمرت الامور علي احسن نظام ، فلم تطل ايام بيليك الخزندار ومات بعد ذلك في مدة يسيرة ، قيل حتف انفه وقيل بل سمّ والله اعلم ، وتولي نيابة السلطنة بعده شمس الدين الفرقاني ، ثم ان الملك السعيد

i) لصمما C. L. لضمما k) وحلبا fuſpectum. l) طغاي Forte طغان
m) الظاهر Aut المظفر aut المنصور legendum.
n) Videtur aliquid deeſſe, initium a. 671. o) منكبرس Num recte?

Capgacanus, et quidem, ut audivi, Bargalenſis, furvus colore, caeſius oculis, ſonora voce. Mercator eum aliquis una cum altero quodam mancipio venalem offerebat Hamatae domino, qui tunc temporis erat, Malec el-Manſuro; ſed neutrum illi mancipium arridebat. Erat eo ipſo tempore Hamatae Idekin Bondocdar Salehicus, mamlucus Malec es-Salehi Eiubi, domini Miſrae. Scilicet Idekin, ſentiens iratum ſibi herum, aufugerat verſus Hamatam. Verum Eiub cuſtodiam ipſi ſubmittens, curabat eum, in ipſa via comprehenſum, in arcem Hamatenam deportari. Locum igitur Hamatae dominus Idekino, quo verſaretur, in arcis ſuae templo aſſignabat. Id ipſum eo ipſo tempore contingebat, quo mercator ſua mancipia in conſpectum Manſuri adduxerat. Hic ergo quum luſtratos verſatosque iuvenes repudiaret, mittebat Idekin mercatori pretium, quod in Bibarſi caput ſtatuerat. Et hac ratione praeſtabat Bibars hero ſuo captivitatis ſodalitium; eundemque deinceps ab Eiubo rurſus laxatum et Hamata exeuntem comitabatur, et obſervabat per aliquod porro tempus, donec eum Malec es-Saleh Eiub ipſe, Bondocdaro ademtum, in familiam ſuam adſciſceret; unde factum, ut Bibars ſecuto tempore ſe in titulis ſuis, non ad primum dominum, Idekinum, ſed ad hunc poſteriorem referret, id eſt Salehicum et Nagmicum ſe appellari curaret, tam in publicis precibus, quam in numis aureis et argenteis.

Filius eius, Malec es-Saïd Borca (35), ordiebatur Syriae et Aegypti imperium ineunte menſe tertio huius anni DCLXXVI. Bedr-ed-din Bilik Chazandar continuabat in eadem Vicarii Sultanici dignitate, quam ſub Bibarſo tenuerat, et quamdiu is in vivis ſupererat, decurrebant novi Sultani res pulcherrimo quaſi filo. At is haud diu ſupererat; quidam naturale ſuo fato defunctum, alii veneno ſublatum perhibent. Rei veritatem deus optime noverit. Succedebat ei in Proregis munus Schams-ed-din Farecanenſis: verum ſub eo miſcebat Malec es-Saïd temere-

السعيد خبط ء واراد تقديم الاصاغر وابعد الامراء الاكابر وقبض علي سنقر الاشقر والبيسري ثم افرج عنهما بعد ايام يسيرة ، ففسدت نيات الامراء الكبار عليه وبقي الامر كذلك حتي خرجت هذه السنة ☆

ثم دخلت سنة سبع وسبعين وستماية ، ذكر مسير الملك السعيد بركة الي الشام والاغارة علي سيس وخلاف عسكره عليه ، في اثناء هذه السنة سار الملك السعيد بركه الي الشام وصحبته العساكر ووصل الي دمشق وجرّد منها العسكر صحبة الامير سيف الدين قلاوون الصالحي ، وجرد ايضا صاحب حماة ، فساروا ودخلوا الي بلاد سيس وشنّوا الاغارة عليها وغنموا ، ثم عادوا الي جهة دمشق واتفقوا علي الخلاف علي الملك السعيد المذكور وخلعه من السلطنة لسوء تدبيره ، وعبروا علي دمشق ولم يدخلوها ، فارسل اليهم الملك السعيد واستعطفهم ودخل عليهم بوالدته ، فلم يلتفتوا الي ذلك واتمّوا السير ، فركب الملك السعيد وساق وسبقهم الي مصر وطلع الي قلعة الجبل ، وسارت العساكر في اثره وخرجت هذه السنة والامر كذلك ☆

وفيها توفي عز الدين كيكاوس بن كيخسرو بن كيغباد بن كيخسرو بن قليج ارسلان بن مسعود بن قليج ارسلان بن سليمان بن قطلومش بن ارسلان بن سلجوق عند منكوتمر ملك التتر بمدينة صراي ، وكيكاوس

p) Ita codex, sed lacuna manifesta est. q) عمر Postea est عمرو
r) Rectius foret قويت الاخبار بقصد التتر الشام
s) الحجاني Num recte? t) شاون Postea تتاون
u) امراء Num اسري x) Post اتفق deest عليه
y) بالاطاغ Abulfaragius habet جبال الاطلاق et الطاق
z) قمرا Ibn-Schohna habet قمزا Sine dubio genus poculi notat, aut potus.

que tractabat et imprudenter res ſuas, minores et iuniores evehebat in primas aulae provincias, habebatque ſibi familiares: ſeniores autem duces a ſe removebat, et de his poſtremis duo quosdam praecipuos, Soncorum Aſchcarum et Baiſaricum cuſtodiae mandabat: quos licet paucos poſt dies rurſus emitteret, nihilo tamen minus corrumpebat hac agendi ratione maximorum ducum erga ſe animos. In his tranſibat annus.

Anno autem DCLXXVII [qui die 24 Maii A. Chr. 1278 coepit] palam negabant copiae ducesque Saïdo parere, eoque tandem adigebant ipſum, ut imperio ſe abdicaret. Quod ita contigit. Petebat Saïd illo anno Syriam cum copiis; et ipſe quidem Damaſci manebat; Emirum Saif-ed-dinum Calavunum Salehicum vero cum legione adverſus Siſam expediebat: cui comitem cum ſuis ire iubebat Hamatae dominum. Ibant, praedabantur, onuſtique praeda redibant Damaſcum; ſed in reditu decernebant uno animo ab officio deficere, et Saïdum, improbum et imperitum rectorem, amoliri; eaque mente Damaſcum praeteribant, nolentes intrare, aut principem illic agentem ſalutare, quamvis eos blandis verbis invitaret per legatos primum, et ipſe deinceps quaſi ſupplex una cum matre ſua veniens, quaſi miſericordiam eo magis commoturus et reverentiam incuſſurus, obteſtaretur atque placare ſtuderet. Id vero adeo non curabant, quin coeptum iter Miſram continuarent. Conſcenſo igitur equo ipſe quoque viam inibat Saïd eandem, tantaque utebatur diligentia, ut rebelles praeverteret, et in arcem montanam evaderet, priusquam illae Miſram appellerent. Quid porro hac de re factum fuerit, ſtatim ad alterum annum continuabimus, quoniam in his hic praeſens finiebat.

Eodem obiit Azz-ed-din Caicavus, filius Caichoſrui, filii Caicobadi, filii Caichoſrui, filii Kilig Arſlani, filii Maſudi, filii Kilig Arſlani, filii Solaimani, filii Cotlumiſchi, filii Arſlani, filii Selguki, apud Mangutimurum, regem Tatarorum, in urbe Sarai.

وكيكاوس المذكور هو الذي كان محبوسا بقسطنطينية حسبما تقدّم ذكر القبض عليه في سنة اثنين وستين وذكر خلاصه واتّصاله بملك التتر في سنة ثمان وستين، وخلف عز الدين المذكور ولدا اسمه مسعود، وقصد منكوتمر ان يزوّجه بزوجة ابيه عز الدين كيكاوس، فهرب مسعود واتّصل ببلاد الروم، فحمل الي ابغا، فاحسن اليه ابغا واعطاه سيواس وارزن الروم وارزنكن، واستقرت هذه البلاد لمسعود المذكور، ثم بعد ذلك جعلت سلطنة الروم باسم مسعود المذكور وافتقر جدّا وانكسف حاله، وهو اخر من سمّي سلطانا من السلجوقية بالروم ✡

ثم دخلت سنة ثمان وسبعين وستماية، ذكر خلع الملك السعيد بركه بن الملك الظاهر، في هذه السنة وصلت العساكير الخارجون عن طاعة بركه المذكور الي الديار المصرية في ربيع الاول وحصروا الملك السعيد بركه بقلعة الجبل، فخامر علي السعيد بركة غالب من كان معه من الامراء مثل لاجين الزيني وغيره وبقي يهرب واحد بعد واحد من القلعة وينضمّ الي العسكر المحاصر للقلعة، فلما راي للملك السعيد بركه ذلك اجابهم الي الانخلاع من السلطنة وان يعطي الكرك، فاجابوه الي ذلك وانزلوه من القلعة وخلعوه في ربيع الاول من هذه السنة (اعني سنة ثمان وسبعين وستماية) وسفّروه من وقته الي الكرك صحبة بيدعان f الركني وجماعة معه، فوصل اليها وتسلّمها بما فيها من الاموال وكان شيا كثيرا *

ذكر اقامة سلامش ابن الملك الظاهر بيبرس في المملكة، وفي هذه السنة لما جري ما ذكرناه من خلع الملك السعيد بركه واعطايه الكرك اتفق اكابر الامراء الذين فعلوا ذلك مثل بدر الدين البيسري الشمسي

Sarai. Diximus ad annum DCLXII, quomodo ex arce prope Conſtantinopolin, in qua captivus attinebatur, liberatus in notitiam et familiam Tatari pervenerit, et quod filium reliquerit Maſudum. (36) Is, quod Mangutimur ipſum cum noverca, quam ipſe patri eius maritaverat, copulare vellet, aufugiebat, inceſtum deteſtatus, in Romaniam; ubi correptus ad Abogam, Hulacui filium, deportabatur; a quo praeter alia beneficia honoresque, Sivaſam, Arzen-er-Rumam et Arzencanam accipiebat, et tempore poſt titulum quoque Sultani Romaniae. Nihilominus ad extremam decidebat egeſtatem, et claudebat eam Selgukidarum familiam, quae cum Sultanatus titulo Romaniae praefuit.

Anno DCLXXVIII [qui die 13 Maii A. C. 1279 coepit] menſe tertio veniebant Miſram copiae rebelles et obſidebant Malec es-Saïdum in arce montana, eoque brevi adigebant, ut, quod iſti flagitabant, Sultanatu ſe exueret, quandoquidem, quos penes ſe habebat, miniſtri, ut Lagin Zainicus et alii, ſenſim ſe unus poſt alterum proripientes ad caſtra rebellantium tranſibant. Solam modo paciſcebatur Caracam ſibi relinqui, quod concedebant. Itaque detractum ex arce, ſummaque dignitate privatum ablegabant Caracam, ſub comitatu Bidagani Rocnici et aliorum quorundam. Eo delatus accipiebat Saïd in fidem occupabatque Caracam cum omnibus, quae ingentes ibi erant, opibus.

Facinoris huius auctores, ut Bedr-ed-din Baiſaricus Schamſicus, et Itamiſch Sadicus, et Bectaſch Fachricus Emir Salah [ſeu praefectus armorum] aliique ſtatuebant commune de conſilio, fratrem ablegati, nempe Bedr-ed-dinum Salamiſchum, puerum ſeptennem aut paullo maiorem, ſufficere. Quod quarto menſe huius anni DCLXXVIII effectui dabant. Novo principi titulum addebant Malec el-Adeli, cudebant eius nomine numos, recitabant eius nomen e ſuggeſtu, et copiarum conſtituebant Atabecum [ſeu magiſtrum] Emirum Saif-ed-dinum Calavunum Salehicum.

الشمسي واينمش السعدي وبكتاش الفخري امير سلاح وغيرهم علي اقامة بدر الدين سلامش ابن الملك الظاهر بيبرس في المملكة ولقبوه الملك العادل وعمره ان ذاك سبع سنين وشهور، وخطب له وضربت السكة باسمه، وذلك في شهر ربيع الاول من هذه السنة، وصار الامير سيف الدين قلاون الصالحي اتابك العسكر، ولما استقر ذلك جهّز اتابك العسكر المذكور الامير شمس الدين سنقر الاشقر الي دمشق وجعله نايب السلطنة بالشام، وكان العسكر لما خالفوا السعيد بركة قد قبضوا علي عز الدين ايدمر نايب السلطنة بدمشق وتولي تدبير دمشق بعد ايدمر اقوش الشمسي نايب g السلطنة بحلب فسار وتولاها واستمر الحال علي ذلك مدة يسيرة *

ذكر سلطنة الملك المنصور قلاوون الصالحي، وفي هذه السنة (اعني سنة ثمان وسبعين وستماية) في يوم الاحد الثاني والعشرين من رجب كان جلوس السلطان الملك المنصور قلاوون الصالحي في السلطنة بعد خلع الصبي سلامش وعزله، ولما تولي السلطان الملك المنصور اقام منار العادل واحسن سياسة الملك وقام بتدبير المملكة احسن قيام *

ذكر خروج سنقر الاشقر عن الطاعة وسلطنته بالشام، وفي هذه السنة في الرابع والعشرين من ذي القعدة جلس سنقر الاشقر بدمشق في السلطنة وحلف له الامراء والعسكر الذين عنده بدمشق وتلقب بالملك الكامل شمس الدين سنقر *

وفي هذه السنة توفي الملك السعيد بركه بن الملك الظاهر بيبرس في الكرك بعد وصوله اليها في مدة يسيرة، وكان سبب موته انه لعب بالكرة في ميدان الكرك فتقنطر به فرسه، فحصل له بسبب ذلك حمي شديدة وبقي كذلك اياما يسيرة وتوفي وحمل الي دمشق ودفن بتربة ابيه، ولما توفي الملك السعيد انخنق من بالكرك واقاموا موضعه اخاه نجم الدين خضر واستقرّ في الكرك ولقبوه الملك المسعود ✡ ثم

Quo facto idem Calavun Damaſcum expediebat Soncorum Aſchcarum, Syriae futurum pro principe rectorem, poſt Azz-ed-dinum Idemorum, quem duces a Saïdi obſequio deſciſcentes comprehenderant. Interiecto tempore proſpexerat Damaſci rebus Acuſch, Halebi gubernator. Verum haud tenebat diu haec rerum conſtitutio.

Nam die Solis, ſecundo et vigeſimo ſeptimi menſis occupabat ſolium Sultanicum Sultan Malec el-Manſur Calavun (37), et erigebat pharum iuſtitiae, vigilemque ſe atque laudabilem praeſtabat clavi politici gubernatorem.

Cui ſe Damaſci opponebat Soncor el-Aſchcar, curabatque ſibi a copiis et ducibus, qui praeſto ipſi aderant, ſacramentum die 24 menſis undecimi tanquam Sultano dici, titulumque Malec el-Cameli Schams-ed-dini Soncori attribui.

Eodem obibat Malec es-Saïd Borca, filius Malec ed-Daheri Bibarſi, paullo poſtquam Caracam perveniſſet. Ibi nempe aliquando in equo ludens cum clavis ſphaerisque ligneis in hippodromo publico, excuſſus a cernuante beſtia, concipiebat graviſſimam febrim, quae poſt paucos dies ipſum tollebat. (38) Delatus Damaſcum, ibique in tymbum patris illatus fuit. Qui apud Caracam erant, proceres ei ſufficiebant de commune conſilio fratrem, Nagm-ed-dinum Chidrum, eumque ſub Malec el-Maſudi titulo dominum appellabant.

Anno DCLXXIX [qui die 2 Maii A. C. 1280 coepit] idque die decimo nono ſecundi menſis, fuſus fuit ille Soncor Aſchcarenſis, qui ſub Malec el-Cameli nomine tyrannidem Damaſci affectaverat, a copiis Miſrenſibus, quas Sultan* Malec el-Manſur

 adverſus

* Ratio, quare Abulfeda hunc fere nunquam absque Sultani nomine memoret, et Bibarſum paene nunquam cum illo nomine, mihi videtur haec eſſe. Erat Abulfeda vaſallus filii Calavuni; ergo debebat ipſum modis omnibus demereri. Calavun autem nunquam faverat Bibarſo, adeoque debebat omnia praeſenti regnanti domui odioſa ſtudioſe vitare.

ثم دخلت سنة تسع وسبعين وستماية ، ذكر كسرة سنقر الاشقر ،
في هذه السنة في تاسع عشر صفر كانت كسرة سنقر الاشقر المستولي
علي الشام الملقب بالملك الكامل ، وكان من حديث هذه الكسرة
ان السلطان الملك المنصور قلاون جهّز عساكر ديار مصر مع علم
الدين سنجر الحلبي الذي تقدم ذكر سلطنته بدمشق عقيب قتل
قطز ، وكان ايضا من مقدمي العسكر المصري المذكور بدر الدين
بكتاش وبدر الدين الايدمري وعز الدين الافرم ، فسارت العساكير
المذكورة الي الشام وبرز سنقر الاشقر بعساكير الشام الي ظاهر دمشق
والتقي الفريقان في تاسع عشر صفر المذكور ، فولي الشاميون وسنقر
الاشقر منهزمين ، ونهبت العساكر المصرية اثقالهم ، وكان السلطان
الملك المنصور قلاوون قد جعل مملوكه حسام الدين لاجين السلحدار
بنايبا بقلعة دمشق ، فلما h هرب سنقر الاشقر افرج عن حسام الدين
لاجين المذكور ، وكذلك كان سنقر الاشقر قد اعتقل بيبرس المعروف
بالحالق لانه لم يحلف له ، فافرج عنه ايضا ، وكتب الحلبي الي
السلطان الملك المنصور بالنصر واستقر الامير لاجين المنصوري المذكور
نايب السلطنة بالشام ، واما سنقر الاشقر فانه هرب الي الرحبة وكاتب
ابغا ابن هولاكو ملك التتر واطمعه في البلاد ، وكان عيسي بن مهنّا
ملك العرب مع سنقر الاشقر وقاتل معه ، وكتب بذلك الي ابغا ايضا
موافقة له ، ثم سار سنقر الاشقر من الرحبة الي صهيون في جمادي الاولي
من هذه السنة واستولي عليها وعلي برزية وبلاطنس والشغر وبكاس
وعكار وشيزر وقامية ، وصارت هذه الاماكن لسنقر الاشقر *

وفيها توفي اقوش الشمسي نايب السلطنة بحلب ، وولي السلطان
الملك المنصور قلاوون علي حلب علم الدين سنجر الباشقردي *

وفيها قويت اخبار التتر وانهم واصلون الي البلاد الاسلامية
بجموعهم * وفيها

adverſus eum ſub imperio Alm-ed-dini Sangari Halebenſis emiſerat, eius, quem ſupra diximus pari exemplo Damaſci tyrannidem mox a Cotuzi caede affectaſſe. Huic aderant alii quoque duces, ut Bedr-ed-din Bectaſch, et Bedr-ed-din Idemoricus, et Azz-ed-din Afram. Hiſce copiis in Syriam delatis opponebat ſe Soncor, egreſſusque in agrum Damaſcenum conſerebat manus, die quo diximus, adverſo marte. Miſrenſes enim Syros cum regulo ſuo fugabant et ipſis caſtris exuebant. Haec Soncori clades et fuga libertatem reddebat Huſam-ed-dino Lagino, quem, ſuum mamlucum, Sultan Calavun, ſub initium imperii ſui, tanquam Locumtenentem ſuum, Damaſcum miſerat, ſed eius adverſarius, Soncor, comprehenſum in vincula dederat. Pariter quoque liberabat eadem Bibarſum, Galecum vulgo dictum, quem Soncor etiam in carcerem ideo miſerat, quod ipſi ſacramentum dicere negaverat. De parta hac victoria ſignificabat Halebenſis, imperator, protinus Sultano Malec el-Manſuro per litteras; Emir Lagin capeſſebat ſuam provinciam, Soncor autem fugiebat verſus Rahabam (39), indeque invitabat Abogam, Tatarorum principem, in ditionem Muſlemicam: quod idem quoque faciebat Iſa, filius Mahannae, Malec [ſeu princeps] Arabum, periculorum ſtudiorumque Soncori conſors. A Rahaba procedebat Soncor Sahiunam, menſe quinto huius anni, et cum ea Borzaiam, Blatanuſam, Schogr, Bacas, Accar, Schaizaram et Famiam occupabat.

Eodem obibat Acuſch Schamſicus, Locumtenens Sultanicus apud Halebum. Cui ſufficiebat Manſur Calavun in iſto munere Alm-ed-dinum Sangarum Baſchcardenſem.

Eodem increbreſcebant rumores de metuenda numeroſae Tataricae manus invaſione in ditionem Muſlemicam.

Eodem conſtituebat Sultan Malec el-Manſur Calavun, filium ſuum, Malec es-Salehum Ala-ed-dinum Alin, ſucceſſorem

وفيها جعل السلطان الملك المنصور قلاوون ولده الملك الصالح علاء الدين علي وليّ عهده وسلطنه وركب بشعار السلطنة *

وفيها سار السلطان الملك المنصور قلاوون الصالحي من الديار المصرية ووصل الي غزة ، وكان التتر قد وصلوا الي حلب فعادوا ثم عادوا ، فعاد السلطان الي مصر في جمادي الاخرة من هذه السنة *

وفيها استاذن سيف الدين بلبان الطباخي احد مماليك الملك المنصور وكان نايب السلطنة بحصن الاكراد في الاغارة علي بلد المرقب لما اعتمده اهله من الفساد عند وصول التتر الي حلب ، فاذن له السلطان في ذلك ، فجمع بلبان الطباخي المذكور عساكر الحصون وسار الي المرقب ، فاتفق هروب المسلمين ونزل الفرنج من المرقب وقتلوا واسروا من المسلمين جماعة *

وفيها في مستهلّ ذي الحجة خرج السلطان الملك المنصور قلاوون من مصر وسار عايدا الي الشام وخرجت هذه السنة ✡

ثم دخلت سنة ثمانين وستماية والسلطان الملك المنصور بالروحا واقام هناك مدة ثم سار الي بيسان وقبض علي جماعة من الظاهرية ودخل دمشق واعدم منهم جماعة مثل كوندك ؛ وايدغمش الحلبي وبيبرس الرشيدي ، وارسل عسكرا الي شيزر ، وهي لسنقر الاشقر ، وجري بينهم مناوشة ، ثم انه تردّدت الرسل بين السلطان وبين سنقر الاشقر ، واحتاج السلطان الي مصالحته لقوّة اخبار التتر ووقع بينهم الصلح علي ان يسلم شيزر الي السلطان ويتسلم سنقر الاشقر الشغر وبكاس ، وكانتا قد ارتجعتا منه ، فتسلم

a) الهناب Vox ignota. Forte الاناء Ibn-Schohna habet الغدح

ſuum, et Sultanum, eumque publica in pompa cum vexillis et inſignibus Sultanicis obequitantem producebat.

Eodem ibat Calavun e Miſra Gazam, quoniam Tatari Halebum invaſerant, ibique graſſabantur: quum vero deinceps abirent, abibat etiam Calavun, menſe huius anni ſexto.

Eodem petebat Saif-ed-din Ballaban Tabachicus veniam in agrum Marcab (40) incurrendi, propterea, quod eius incolae, Franci, tenente ultima Tatarorum in Halebum incurſione Muſlemos peſſime vexaverant. Erat ille Ballaban unus mamlucorum Manſuri, herique locum in Heſn el-Acrad tenebat. Is impetrata eius inſtituti venia cogebat e vicinis caſtellis copias, quibuscum invadebat Marcab. Sed fugientibus adverſo caſu Muſlemis, deſcendebant ex arce ſua Franci, numerumque noſtrorum caedebant et capiebant.

Ineunte huius anni menſe duodecimo movebat Sultan ex Aegypto in Syriam. Quo in itinere quum confectus eſſet hic annus, erat Sultan in Ruha, ſub initium anni DCLXXX [qui die 21 April. A. C. 1281 coepit]. Vbi quum ſubſtitiſſet paullulum, promovebat ad Baiſanam, ubi comprehendebat aliquos Dahericos [ſeu mamlucos Malec ed-Daheri Bibarſi, ſui praedeceſſoris]; quibuscum intrabat Damaſcum, ubi nonnullos eorum vita privabat, ut Cundacum, et Idogmiſchum Halebenſem, et Bibarſum Raſchidicum. Inde copias adverſus Schaizaram mittebat, cui tunc Soncor Aſchcar incumbebat, cum quo commiſſis aliquot velitationibus quum non multum proficeretur, conſultum intelligebat Sultan eſſe cum rebelle paciſci. Carebat enim tunc temporis otio acriter eum exagitandi, rumore de Tatarorum molitionibus increbreſcente; contra quos ipſos non parum valebat eius auxilium et amicitia. Pax itaque coaleſcebat in has conditiones, ut Soncor reciperet Schogr et Bacas; illas enim ambas arces ipſi iam antea ademerant Sultanici: earum autem in vicem Sultano Schaizaram traderet. Hanc itaque deputati Sultanici

فتسلم نوّاب السلطان شيزر وتسلم الشغر وبكاس سنقر الاشقر وحلفا علي ذلك واستقر الصلح بينهما *

وفيها ايضا استقر الصلح بين السلطان الملك المنصور قلاوون وبين الملك * خضر ابن الملك الظاهر بيبرس صاحب الكرك *

ذكر الوقعة العظيمة مع التتر علي حمص ، في هذه السنة (اعني سنة ثمانين وستماية) في شهر رجب كان المصاف العظيم بين المسلمين وبين التتر بظاهر حمص فنصّر الله تعالي فيه المسلمين بعد ما كانوا قد ايقنوا بالبوار ، وكان من حديث هذا المصاف العظيم ان ابغا بن هولاكو حشد وجمع وسار بهذه الحشود طالب الشام ، ثم انفرد ابغا المذكور عنهم وغنم وسار الي الرحبة وسيّر جيوشه وجموعه الي الشام وقدّم عليهم اخاه منكوتمر بن هولاكو ، وسار الي جهة حمص ، وسار السلطان الملك المنصور قلاوون الصالحي بالجيوش الاسلامية من دمشق الي جهة حمص ايضا وارسل الي سنقر يستدعيه بمن عنده من الامراء والعسكر بحكم ما استقرّ بينهما من الصلح واليمين ، فسار سنقر الاشقر من صهيون ، فلما نزل السلطان بظاهر حمص وصل اليه الملك المنصور صاحب حماة بعسكره ، ثم وصل سنقر الاشقر وصحبته ايتمش السعدي والحاج ازدمر وعلم الدين الدويداري وجماعة من الظاهرية ، ورتّب السلطان عسكره ميمنة وميسرة ، وكان راس الميمنة الملك المنصور محمد صاحب حماة بعسكره ثم بدر الدين البيسري دونه ثم علاء الدين طيبرس الوزيري ثم ايبك الافرم ثم جماعة من العسكر المصري ثم عسكر الشام ومقدّمهم حسام الدين الاجين نايب

b) سليك Lege بيليك aut يبليك c) استوت Num recte?

tanici nomine augusti in fidem et possessionem accipiebant; illas Soncor; praestitoque utrinque sacramento rata habebatur pax.

Altera pax eodem anno constituebatur inter eundem Sultanum Calavunum, et Malec el-Masudum Chidrum, Carakae dominum, filium Malec ed-Daheri Bibarsi.

Eiusdem anni septimo mense contingebat magna illa Tatarorum apud Hemsam clades et victoria Muslemorum (41), qui iam eo adacti fuerant, ut certam et inevitabilem coram oculis cernerent perniciem. Nimirum Aboga, Hulacui filius, copias unde unde corraserat, quibuscum in Syriam tendebat. Deinde deserebat eos, et cum peculiare quadam manu praedatum ibat seorsim versus Rahabam: ceteras legiones et miscellaneas turbas expediebat in Syriam sub ducatu sui fratris, Mangutimuri. Huic iam in agrum Hemessenum delato, obviam ibat Sultan Malec el-Mansur Calavun Salehicus cum copiis Muslemicis versus Hemsam. Interea copias e Syria, quantas poterat, contrahebat. Et primum quidem arcessebat Soncorum Aschcarum cum alis et ducibus eius, vi pactorum, in quae paullo ante consenserant atque coniuraverant. Et is quoque Sahiuna egressus adiungebat se Sultano in agrum Emessenum iam ingresso; quod idem iam ante ipsum fecerat Malec el-Mansur, Hamatae dominus, cum suis copiis. Adducebat Soncor secum Itameschum Sadicum, et Hag* Azdemorum, et Alm-ed-dinum Davidaricum, et alios bene multos familiae quondam Dahericae. Coactas hasce vires in dextram dispescebat Sultan sinistramque alam; et illam quidem ducebat Malec el-Mansur, Hamatae dominus; quem excipiebat Bedr-ed-din Baisaricus, hunc Ala-ed-din Tibars Veziricus, hunc Ibec el-Afram, hos aliquot turmae utriusque exercitus tam Aegyptii, quam Syri, quos postremos ducebat Husam-ed-din Lagin, Sulta-

* Hic titulus tunc temporis incipiebat in usum venire; notat eum, qui sacra peregrinatione ad Meccam et Medinam perfunctus est.

نايب السلطنة بالشام، وكان راس الميسرة سنقر الاشقر ومن معه ثم بدر الدين بيليك الايدمري ثم بدر الدين بكتاش امير سلاح، وكان بـرّ الميمنة العرب وبـرّ الميسرة التركمان وكان ساليش / القلب حسام الدين طرنطاي نايب السلطنة ومن اضيف اليه من الامراء والعساكر، والتقي الفريقان بظاهر حمص في الساعة الرابعة من يوم الخميس رابع عشر رجب الفرد من هذه السنة (اعني سنة ثمانين وستماية) وانزل الله نصرته علي القلب والميمنة فهزموا من كان قبالتهم من التتر وركبوا قفيهم يقتلونهم، وكان منكوتمر قبالة القلب، فانهزم ايضا، واما ميسرة المسلمين فانها انكشفت عن مواقفها وتمّ ببعضهم الهزيمة الي دمشق وساق التتر في اثر المنهزمين حتي وصلوا الي تحت حمص ووقعوا في السوقية وغلمان العسكر والعوام وقتلوا منهم خلقا كثيرا، ثم علموا بنصرة المسلمين وهزيمة جيشهم، فولي المذكورون ايضا منهزمين علي اعقابهم وتبعهم المسلمون يقتلون وياسرون، وكانت عدة التتر ثمانين الف فارس منهم خمسون الفا من المغل والباقي حشود وجموع من اجناس مختلفة مثل الكرج والارمن والعجم وغيرهم، ولما وصل خبر هذه الكسرة الي ابغا وهو علي الرحبة يحاصرها رحل عنها علي عقبه منهزما، وكتب بهذا الفتح العظيم الي ساير البلاد الاسلامية فزينت لذلك، ثم ان السلطان الملك المنصور قلاوون اعطي الدستور للعساكر الشامية، فرجع الملك المنصور محمد صاحب حماة الي بلده ورجع سنقر الاشقر وجماعته الي صهيون وسار عسكر حلب اليها، وعاد السلطان الي دمشق والاسري والروس بين يديه *

وفيها عاد السلطان الملك المنصور قلاوون الي الديار المصرية مويّدا منصورا * وفيها

Sultanicus in Syria Locumtenens. Alae ſiniſtrae praeerat Soncor Aſchcar; ſequebatur Bedr-ed-din Bilik Idemoricus, tum Bedr-ed-din Bectaſch, Emir Salah. Robur dextrae alae efficiebant Arabes; ſiniſtrae Turcomani: medio imperabat agmini Huſam-ed-din Tarantaii, Locumtenens [generalis] Sultanicus, cum ducibus atque copiis ſuis. Ita comparatis rebus inſtructaque acie conſligebant partes ex hora diei quarta inde, diei nempe Iovis, decimi quarti de ſeptimo menſe huius anni; et Muſlemi quidem, qui dextram et mediam aciem obtinebant, demiſſa coelitus adiuti victoria, Tataros ſibi oppoſitos profligabant, eorumque ducem, Mangutimurum ceterosque in fugam praecipites ſtricto perſequebantur gladio, et ex parte contruncabant. Siniſtra vero Muſlemorum ala [quam Soncor ducebat] loco ſuo depulſa pro parte Damaſcum ſeſe fuga recipiebat; quorum veſtigiis inhaerentes Tatari ultra Hemſam devehebantur, ubi incidentes in lixas et agaſones et reliquam turbae militaris faecem, magnam edebant ſtragem. Quum vero protinus intelligerent ſiniſtram ſuorum fortunam et fugam, ipſi quoque retro legebant veſtigia, Muſlemosque perſecutores poſt ſe trahebant, magnamque ab iis iacturam patiebantur. Tota vis Tatarorum efficiebat octuaginta equitum millia, quorum quinquaginta Moguli conſtituebant, lectus exercitus, cetera miſcellaneae gentes et paſſim corraſae, ut Armeni, Corgi, Agamii, alii. Famam huius cladis ut accepit apud Rahabam Aboga, et ipſe quoque, abrupta eius urbis obſidione, retro legebat veſtigia. Muſlemi autem de ingente hac victoria provinciis et urbibus ſectae ſuae addictis per litteras ſignificabant; quamobrem laetae ubique feſtivitates inſtituebantur, et urbes ornatum induebant. Inde data copiis diſcedendi venia, Hamatam repetebat Malec el-Manſur, Sahiunam Soncor el-Aſchcar, Halebenſes urbem ſuam, ipſe Calavun Damaſcum, inſigne cum pompa, praeeuntibus captis, et caeſorum capitibus; et inde tandem Miſram, imperii ſui ſedem, redibat victor, felix, a deo adiutus et roboratus.

وفيها عند وصوله الي مستقرّ ملكه قدمت اليه هدية صاحب اليمن المظفر شمس الدين يوسف بن عمر بن علي بن رسول وطلب امانا من السلطان، فقبل السلطان هديته وكانت من ظرايف اليمن مثل العود والعنبر والصيني ورماح القنا وغير ذلك، وكتب له السلطان امانا صدره هذا امان الله تعالي وامان سيدنا محمد صلعم وامساننا لاخينا السلطان الملك المظفر شمس الدين يوسف بن عمر صاحب اليمن، اننا راعون له ولاولاده مسالمون من سالمهم معادون من عاداهم، ونحو ذلك، وكان ذلك في العشر الاول من رمضان هذه السنة، وارسل السلطان اليه هدية من اسلاب التتر وخيولهم، وعادت رسله بذلك مكرمين *

وفيها مات منكوتمر بن هولاكو بن طلو بن جنكزخان بجزيرة ابن عمر مكمودا عقيب كسرته علي حمص، وكان موته من جملة هذا الفتح العظيم *

وفيها توفي علاء الدين عطاء ملك بن محمد الجويني، وكان صاحب الديوان ببغداد، فنغب *m* عليه ابغا ونسبه الي مواطاة المسلمين وقبض عليه واخذ امواله، وكان صدرا كبيرا فاضلا له شعر حسن، فمنه في تركية

ابادية

d) برجعلي Num recte? *e*) خبط C. L. خطب

f) بيدعان Num recte?

g) نايب C. L. نهابة Sed forte quaedam desunt.

h) Ante فلما deest aliquid. *i*) Ita codex. Quid sibi velit, nescio.

k) Forte omissum المسعود ante خضر

l) سالبش Num recte? *m*) نغب Forte نغم

Ibi munera ipſi offerebantur ab Arabiae felicis domino, Malec el-Modaffero Schams-ed-dino Ioſepho, filio Omari, filii Alii, filii Raſuli, miſſa, qui ſibi a Sultano rogabat Imanum ſcribi [ſeu fidei foederisque litteras, et promiſſionem amicitiae et protectionis]. Munera benigne acceptabat Sultan, talia, qualia rara et pretioſa aut fert Arabia felix, aut noſtratibus ope mercaturae praeſtat, ut lignum agallochum, ambaram, vaſcula Sinica, haſtas e canna (42); litterasque foederis et protectionis ipſi ſcribebat, quarum hoc erat initium: "Hoc eſt Iman [ſeu charta protectionis] dei excelſi, et Iman domini noſtri Muhammedis, et Iman tandem quoque noſtrum, pro fratre noſtro, Sultano Malec el-Modaffero Schams-ed-dino Ioſepho, filio Omari, domino Iemanae; quo ſpondemus nos obſervaturos eſſe tam ipſi pro perſona ſua, quam liberis eius, amicitiam honoremque debitum, ius et fas ſuum, et eundem, quem ille, amicum agnituros, eundemque pariter, quem ille, inimicum." Et cetera. Id accidebat in prima dierum decuria menſis noni; ſimulque Calavun Modaffero viciſſim munera mittebat de ſpoliis et equis Tataricis; quibuscum legati honorifice accepti ad herum ſuum remeabant.

Paullo poſt inſignem hanc Tatarorum cladem peribat Mangutimur, filius Hulacui, filii Tului, filii Genkizchani, in Gezirat-Ibn-Omar, prae moerore (43); et ſic fiebat praeclarae huius victoriae acceſſio.

Eodem obiit Ala-ed-din Ata Molc, filius Muhammedis, Govainenſis, praeſes Divani [ſeu conſilii intimi, vel iudicii ſupremi] apud Bagdadum, in cuſtodia, qua eum Aboga damnaverat. Is enim facta in eius actiones inquiſitione accuſabat eum ſecretae cum Muſlemis colluſionis (44), ideoque tam libertate, quam opibus, privabat virum perilluſtrem, et egregium poëtam. Specimen ingenii ſit eius illud in feminam Turcicam:

ابادية الاعراب عنّي ، فانني بحاضرة الاتراك نبطت علايقي ،
واهلك يا نجل العيون ، فانني جننت بهذا الناظر المتضايق *
وكانت وفاته بعراق العجم ، وولي بغداد n بعده ابن اخيه هارون
بن محمد الجويني *

ثم دخلت سنة احدي وثمانين وستماية ، فيها ولّي السلطان
مملوكه شمس الدين قرا سنقر نيابة السلطنة بحلب ، فسار اليها
واستقرّ o *

ذكر موت ابغا ، وفيها في المحرم مات ابغا بن هولاكو بن
جنكزخان ملك التتر ، قيل انه مات مسموما ، وكان موته ببلاد
همذان ، وكانت مدة ملكه نحو سبعة عشر سنة وكسورا ، وخلف
من الولد ارغون وكنخنق ابنا ابغا ، ولما مات ابغا ملك بعده اخوه
احمد بن هولاكو ، واسم احمد المذكور نيكدار p ، فلما جلس في
الملك اظهر دين الاسلام وتسمّي باحمد سلطان *

وفيها وصلت رسل احمد بن هولاكو ملك التتر المذكور الي
السلطان الملك المنصور قلاوون ، وكان كبير الرسل المذكورين الشيخ
المتفنّن قطب الدين محمود الشيرازي ، وكان ان ذاك قاضي سيواس ،
فاحترز عليه السلطان ولا يمكن احدا من الاجتماع بهم ، وكان مضمون
رسالتهم اعلام السلطان باسلام احمد المذكور وطلب الصلح بين
المسلمين والتتر ، فلم ينتظم ذلك ، ثم عادت رسله اليه بالجواب *

وفيها توفي منكوتمر بن طغان بن باطو بن دوشي خان بن
جنكزخان ملك التتر بالبلاد الشمالية ، وملك بعده اخوه تدان منكو
بن

n) ولي بغداد Forte ولي ديوان بغداد

O ſcenitis Arabica procul a me! nam cor meum pendat a Turcica urbana.

Pereo, ω ευρυοφθαλμοι: nam inſanio amore huius στενοφθαλμου.* Obiit in Irac el-Agam. Succeſſit ei in praefectum Bagdadi eius ex fratre, Muhammede, nepos, Harun Govainenſis.

Anno DCLXXXI [qui die 10 April. A. C. 1282 coepit] praeficiebat Sultan Halebo mamlucum ſuum, Schams-ed-dinum Cara Soncorum.

Eiusdem primo menſe deceſſit Aboga, filius Hulacui, filii Tului, filii Genkizchani, rex Tatarorum, ex veneno ut fama fert, in agro Hamadanenſe, poſtquam regnaſſet annos paullo plus ſeptendecim, relinquens geminos filios, unum Argunum, alterum Canachtuum. Neuter tamen horum ipſi tum quidem, ſed frater, Ahmed, ſuccedebat; quod Muſlemicum nomen ne quis in Tataro miretur, ſciendum, proprium ipſi nomen Nicudar (45) fuiſſe; verum id exuebat, quum ordiretur imperium, profeſſusque Muſlemum iſtud alterum Ahmed Sultani nomen aſſumebat, eiusque rei notitiam ſollemne legatione impertiebat Sultano, cuius is quoque finis erat, ut pax et amicitia Tataros inter et Muſlemos conciliaretur. (46) Sed ea quidem deſtinatio ſucceſſu carebat. Legationis caput erat Schaich Motafannan** Cotb-ed-din Mahmud Schirazenus, tunc temporis apud Sivaſam Cadi. Legatos hoſce obſervabat Sultan diligentiſſime, neminique permittebat ad eos accedere, aut ſermones cum ipſis conferere, datoque reſponſo ipſos ad Tatarum relegabat.

Eodem obiit Mangutimur (47), filius Togani, filii Batui, filii Duſchi Chani, filii Genkizchani, rex Tatarorum in terris ſeptentrionalibus. Cui ſuccedebat frater Tadan Mangu, filius Togani,

* Arabiſſae amplos et protuberantes oculos habent, Turcicae anguſtos, minutos, in profundum depreſſos.

** Motafannan credo titulum iſti viro proprium eſſe; alias notat hominem in variis ſcientiarum generibus verſatum.

بن طغان بن باطو بن دوشي خان بن جنكزخان وجلس علي كرسي التتر بصراي ، وقيل ان ذلك كان في سنة ثمانين *

وفيها عقد للملك الصالح علاء الدين علي بن السلطان الملك المنصور قلاوون علي بنت سيف الدين نكبه q ، ثم تزوّج اخوه الملك الاشرف باختها الاخري ، وكان نوكبه معتقلا بالاسكندرية ، فلما عزم السلطان علي ذلك اخرجه من الحبس واحسن اليه وزوّج ابنيه واحدا بعد الاخر ببنتي نكبه المذكور *

وفيها توفي القاضي الفاضل المحقق شمس الدين احمد بن محمد بن ابي بكر بن خلكان البرمكي ، وكان فاضلا عالما ، تولي القضاء بمصر والشام ، وله مصنفات جليلة مثل وفيات الاعيان في التاريخ وغيره ، وكان مولده يوم الخميس بعد صلوة العصر حادي عشر ربيع الاخر سنة ثمان وستماية بمدينة اربل بمدرسة سلطانها مظفر الدين صاحب اربل ، ونقلت ذلك من تاريخه في ترجمة زينب في اخر حرف الزاء ۞

ثم دخلت سنة اثنين وثمانين وستماية ، في اوايل هذه السنة قدم الملك المنصور محمد صاحب حماة وصحبته الملك الافضل علي الي خدمة السلطان الملك المنصور قلاوون بالديار المصرية ، فبالغ السلطان في اكرام صاحب حماة والاحسان اليه وانزله بالكبش واركبه بالسناجق السلطانية والجفتا والغاشية وساله عن حوايجه ، فقال الملك المنصور حاجتي ان اعفي من هذا القلب ، فانه ما ينبغي يصلح لي ان القب بالملك المنصور وقد صار هذا لقب مولانا السلطان الاعظم ،

o) Poft استغرّ forte deeft فيها p) نيكدار C. L. تكدار

Togani, filii Batui, filii Duſchi Chani, filii Genkizchani, reſidens in ſolio Tatarorum in urbe Saraï. Alii tamen hoc anno DCLXXX perhibent accidiſſe.

Eodem conciliabatur et publicabatur pactum matrimoniale inter Malec es-Salehum Ala-ed-dinum Alin, filium Sultani Malec el-Manſuri Calavuni, et filiam Saif-ed-dini Nogaihi; quemadmodum alter quoque frater, Malec el-Aſchraf, alteram ſororem accipiebat. Erat iſte Nogaih Alexandriae in vinculis. Has autem nuptias inſtituere cum cogitaret Sultan, liberabat eum, et beneficiis cumulabat, geminoque matrimonio filiorum ſuorum cum eius filiabus, unius poſt alterum, ſibi devinciebat.

Eodem obiit Cadi Fadel [excellens ingenio] Mohakkek [ſolide doctus] Schams-ed-din Ahmed, filius Muhammedis, filii Abu-Becri. Ibn-Challacan, gente Barmacidarum (47) oriundus, Cadi Miſrae, et Syriae deinceps, auctor illuſtrium librorum, ut eius, qui Vafiat el-Aian (48) [hoc eſt vitae virorum clarorum] inſcribitur, argumenti, ut patet, hiſtorici, ne alios commemorem. Natus erat die Iovis poſt preces veſpertinas, undecimo quarti menſis anni DCVIII in urbe Irbil, in collegio principis eius urbis, Modaffer-ed dini. Sic inveni in illo modo laudato opere hiſtorico ſub voce *Zainab*, in fine litterae *Z*.

Ineunte anno DCLXXXII [qui die 31 Martii A. C. 1283 coepit] aderat Malec el-Manſur, Hamatae dominus, una cum fratre ſuo, Malec el-Afdalo Alio, Miſram, ad cultum Sultano praeſtandum; qui viciſſim, quantos poterat, honores et beneficia in Hamatenum conferebat; ſedem aſſignabat in arce, cui nomen Cabſch [ſeu aries], permittebat ei cum vexillis Sultanicis obequitare, cum الجنتا et cum praelato equinae ſellae operculo; et tandem interrogabat eum de poſtulatis ſuis. Reſpondebat Manſur Hamatenus, cupere ut ſibi titulus ſuus, Manſur, adimatur, et cum alio quodam permutetur. Eum enim ſibi non amplius decorum eſſe, poſtquam Maulana [dominus noſter] Sulta-

الاعظم، فاجابه السلطان بانّي ما تلقبت بهذا الاسم الاّ لمحبّتي فيك ، ولو كان لقبك غير ذلك كنت تلقبت به ، فشي فعلته محبّة لاسمك كيف امكن من تغيّره وطلع السلطان بالعسكر المصري لحفر الخليج الذي بجهة ٢ البحيرة وسار صاحب حماة في خدمته الي الحفير ، ثم اعطي بعد ذلك الدستور لصاحب حماة ، فعاد مكرما مغمورا بالصدقات السلطانية *

وفيها رمي السلطان الملك الصالح علاء الدين علي بن السلطان نعجا بجهة العباسة بالبندق وادعي للملك المنصور محمد صاحب حماة ، فقبله وبالغ في اظهار السرور والفرح بذلك وارسل اليه تقدمة جليلة *

وفيها خرج ارغون بن ابغا بخراسان علي عمه نيكدار ٥ المسمي باحمد سلطان وسار اليه واقتتلا ، فانهزم ارغون واخذه احمد اسيرا ، وسال الخواتين في اطلاق ارغون واقراره علي خراسان ، فلم يجب الي ذلك ، وكانت خواطر المغل قد تغيّرت علي احمد بسبب اسلامه والزامه لهم بالاسلام ، فاتفقوا علي قتله وقصدوا ارغون بالموضع الذي هو معتقل فيه واطلقوه وكبسوا الناق ٤ نايب احمد فقتلوه ، ثم قصدوا الاردو ، فاحسّ

g) نكيه Immediate poſt eſt نوكيه

٢) الخليل الذي لجهة C. L. الخليج الذي بجهة

٥) C. L. iterum تكدار

٤) الناق Num recte?

nus maximus eum adſciverit. Sed regerebat ipſi Calavun, ſe titulum iſtum alia de cauſſa non aſſumſiſſe, quam ex ſuo erga ipſum, Hamatenum, amore. Alium quemcunque propterea fuiſſe aſſumturus, ſi alius eius, Hamateni, titulus fuiſſet. Iam vero ſe non poſſe mutare aliquid, quod amore nominis eius feciſſet. Inde procedebat Sultan cum copiis Emirisque ſuis ad effodiendum illum Chalig [ſeu canalem Nili], qui eſt verſus Bahiram (49); quo ipſum comitabatur Hamatenus. Deinde dabat Sultan ipſi diſcedendi veniam; adeoque is mactus et obrutus clementiae Sultanicae ſignis domum revertebatur.

Eodem feriebat Sultan Malec es-Saleh Ala-ed-din Ali, filius Sultani Malec el-Manſuri Calavuni, feras oves in tractu Abbaſae, glandibus; eosque iactus referebat ad Malec el-Manſurum Muhammedem, Hamatae dominum. Quem hic inſignem honorem maximo acceptabat cum gaudio atque veneratione, ſignisque atque teſtimoniis, quibus maxime poterat, luculentis, et ſplendidis praecipue muneribus proſequebatur, quae Malec es-Saleho mittebat.*

Eodem exibat armata manu res novas in Choraſana moliens Abogae filius, Argun, contra patruum Nicudarum (50), aut, ut hactenus voluerat appellari, Ahmed Sultanum. Res ad conflictum veniebat, in quo Argun, fuſis copiis ſuis, a patruo vivus capiebatur. Rogabant quidem Chavatinae [ſeu auguſtae mulieres] eum rurſus dimitti, et in priſtina provincia confirmari. Sed negabat Ahmed. Quod Mogolos ita irritabat, ut in eius caedem conſpirarent, a quo iam dudum alienati animis ideo erant, quod non ipſe tantum Iſlamismum profitebatur, ſed etiam gentiles eodem invitos adigebat: contendebant igitur ad eum locum, in quo cuſtodiebatur Argun, eoque liberato, adoriebantur et trucidabant Alnacum, Ahmedis locumtenentem; et porro ad Ordu [ſeu campum imperialem] fervido ruebant impetu. Quos conſcenſo

* Honeſtum aliquod genus exactionem, quibus principes vaſallos vexant.

فاحسّ بهم السلطان احمد فركب وهرب، فتبعوه وقتلوه وملّكوا ارغون بن ابغا بن هولاكو بن طلو بن جنكزخان، وذلك في جمادي الاولي من هذه السنة *

وفيها قتل ارغون الصبيّ سلطان الروم الذي اقامه المرواناه بعد قتله اباه حسبما تقدم ذكره في سنة ست وستين وستماية، وكان اسم الصبي المذكور غياث الدين كيخسرو بن ركن الدين قليج ارسلان بن كيخسرو بن قليج ارسلان، وفوّض اسم سلطنة الروم الي مسعود بن عز الدين كيكاوس، وهذا مسعود هو الذي هرب من منكوتمر ملك التتر بصراي، وابوه عز الدين كيكاوس هو الذي جري له مع الاشكري صاحب قسطنطنية الي ما قدّمنا ذكره في سنة اثنين وستين وستماية، واستمرّت سلطنة الروم باسم مسعود المذكور الي سنة ثمان وسبعماية، وهو مسعود بن كيكاوس بن كيخسرو بن كيقباد بن كيخسرو بن قليج ارسلان بن مسعود بن قليج ارسلان بن قطلومش من السلجوقية ببلاد الروم، وافتقر مسعود المذكور وانكسف حاله جدا حتي قيل انه تناول سمّا فمات من كثرة المطالبة من ارباب الدين والتتر *

وفيها ولي ارغون سعد الدولة اليهودي وعظّمه ومكّنه، وكان سعد الدولة المذكور في مبداء امره دلّالا بسوق الصّناعة بالموصل، فتحكم في ساير البلاد التي بايدي التتر *

وفيها قرّر ارغون ولديه قازان وخربندا بخراسان وجعل اتابكهما اميرا كبيرا من اصحابه اسمه نوروز *

وفيها

ſcenſo protinus equo fugiebat quidem Ahmed, effugere tamen perſequentes non poterat. Mogoli enim eum aſſecuti perimebant; et regem proclamabant Argunum, filium Hulacui, filii Tului, filii Genkizchani. Quinto huius anni menſe id accidit.

Paullo poſt occidebat hic Argun puerum, quem Parvana, poſtquam patrem eius ſtrangulaſſet, ut ad annum DCLXVI notavimus, Romaniae Sultanum proclamaverat. Iſti puero nomen erat Gaiat-ed-din Caichoſru, filio Rocn-ed-dini Kilig Arſlani, filii Caichoſrui, filii Kilig Arſlani. Nomen Sultani Romaniae deveniebat inde ad Maſudum, filium Azz-ed-dini Caicavuſi, illum, qui fugerat a Mangutimuro, rege Tatarorum ſeptentrionalium, cui ſedes eſt in urbe Sarai. Quid huius Maſudi patri contigerit cum Aſchcario, domino Conſtantinopoleos, diximus ad annum DCLXII. Continuabat hic Sultanus appellari usque ad a. DCCVIII: eo enim, deductus ad extremam egeſtatem, ſumebat, ſi fidem tradentes merentur, venenum (51), quo finem faciebat vitae ſuae, pertaeſus importunarum flagitationum, quibus eum tam creditores, quam Tatari, angebant, quorum neutris poterat ſatisfacere. In eo tum exſpirabat illa Selgukidarum familia (52), quae diu in Romania imperaverat; quorum en ſtemma: Maſud, filius Caicavuſi, filii Caichoſrui, filii Caicobadi, f. Caichoſrui, f. Kilig Arſlani, f. Maſudi, f. Kilig Arſlani, filii Cotlumiſchi, Selgukidae Romani.

Eodem praeficiebat Argun multis muneribus magnaque dignitate et auctoritate inſtruebat Saad-ed-daulam Iudaeum (53); qui olim initio rerum ſuarum proclamator* in Suk es-Senaat [ſeu foro artificium] (54) Mauſelae fuerat, tunc autem ſummus poſt Argunum dictator per omnem Tataricam ditionem fiebat.

Eodem conſtituebat Argun geminos ſuos filios, Cazan, et Charbanda, in Choraſana, ſub gubernatione magni cuiusdam Emiri ſui, Nauruz dicti.

* Vel etiam proxeneta, mercium procurator.

وفيها مات الاشكري صاحب قسطنطينية واسمه ميخايل وملك بعده ابنه اندرونيكوس وتلقّب بالدوقس *

وفيها كاتب الحكّام بقلعة الكختا قرا سنقر نايب السلطنة بحلب وسلّموا الكختا الي السلطان ، فجهز قرا سنقر عسكرا فتسلّموها ، وقرّر السلطان فيها نوّابه وحصّنها وصارت من اعظم الثغور الاسلامية نفعا *

وفيها في رجب قدم السلطان الي دمشق وكان قد سار من مصر في جمادي *

وفيها كان السيل العظيم بدمشق في العشر الاول من شعبان (والسلطان الملك المنصور قلاوون بدمشق) واخذ ما مرّ به من العمارات وغيرها واقتلع الاشجار واهلك خلقا كثيرا وذهب للعسكر النازلين علي جوانب بردي من الخيل والجمال والخيم ما لا يحصي ، فتوجّه السلطان عقيبه الي الديار المصرية ووصل الي قلعة الجبل في ثامن عشر رمضان من هذه السنة *

ثم دخلت سنة ثلث وثمانين وستماية ، فيها سار السلطان الملك المنصور قلاوون الي دمشق وحضر الملك المنصور صاحب حماة الي خدمته الي دمشق ، ثم عاد كل منهما الي مقرّ مملكة *

ذكر وفاة الملك المنصور صاحب حماة ، في هذه السنة في شوال توفي السلطان الملك المنصور ناصر الدين ابو المعالي احمد بن الملك المظفر محمود بن الملك المنصور محمد بن الملك المظفر عمر بن شاهنشاه بن ايوب صاحب حماة رحمه الله تعالي ، ابتدي فيه المرض في اوايل شعبان بعد عوده من خدمة السلطان من دمشق ، وكان

Eodem obiit Aſchcari, dominus Conſtantinopoleos, vero nomine Michaël dictus, poſt quem regnabat eius filius, Andronicus, Ducas cognominatus.

Eodem tractabant, qui arci Cachta praeerant, cum Cara Soncoro, Locumtenente Sultanico apud Halebum, de arce ſua tradenda; protinusque hic eo mittebat, qui eam in fidem Sultani acciperent. Conſtitutis ibi porro praefectis Sultanicis, additisque munimentis, evaſit arx illa inter illas limitaneas, Iſlamismi propugnatrices, quae ſui maximum nobis uſum praeſtiterunt.

Eiusdem anno ſexto menſe Miſra egreſſus Damaſcum ſeptimo veniebat Sultan Calavun. Sed ineunte octavo menſe deprehendebat ipſum ibi ſaevus ille torrens, qui, quidquid offenderet aedificiorum, ſecum aſportabat, arbores evellebat radicitus, perdebat ingentem hominum numerum, et copiis ad ripam fluvii Baradae cubantibus tot abripiebat equos, camelos, tentoria, quot numero vix comprehendantur. Statim ab ea clade remeabat Sultan in Aegyptum, et intrabat rurſus arcem ſuam montanam die decimo tertio noni menſis.

Anno DCLXXXIII [qui die 19 Martii A. C. 1284 coepit] redibat Sultan Damaſcum, ubi officium ipſi praeſtabat praeſens Manſur, Hamatae dominus. Paullo poſt uterque principum iſtorum virorum ſedem ſuae dominationis repetebat.

At poſterior quidem huius anni menſe decimo vivis excedebat, hoc eſt, Sultan Malec el-Manſur Naſer-ed-din Abu'l-Maali Muhammed, filius Malec el-Modafferi Mahmudi, filii Malec el-Manſuri, filii Malec el-Modafferi Taki-ed-dini Omari, filii Schahinſchahi, filii Eiubi, dominus Hamatae. Morbus fatalis, bilioſa febris, intra venas latens primum ſe in ipſo, poſtquam Damaſco redierat, prodebat ineunte octavo menſe. Rebus valetudinis inde nonnihil in melius vergentibus, ingrediebatur balneum ſuaſu medicorum. Sed eius uſus morbum reſuſcitabat. Quamobrem una cum medicis aulicis conſuetis adhibebantur

in

وكان مرضه حمي صفراوية داخل العروق ، ثم صلح مزاجه بعض الصلاح ، فاشار الاطبّاء بدخوله الحمام ، فدخلها ، فعاوده المرض ، واحضر له الاطبّاء من دمشق مع من كان في خدمته منهم واشتدّ به ذات الجنب ، وعالجوه بما يصلح لذلك ، فلم يفد شيا ، وفي مدة مرضه عتّق مماليكه وتاب توبة نصوحا وكتب الي السلطان الملك المنصور قلاوون يساله في اقرار ابنه الملك المظفر محمود في مملكته علي قاعدته واشتدّ به مرضه حتي توفي بكرة حادي عشر شوال من هذه السنة (اعني سنة ثلث وثمانين وستماية) ، وكانت ولادته في الساعة الخامسة من يوم الخميس لليلتين بقيتا من ربيع الاول سنة اثنين وثلثين وستماية ، فيكون عمره احدي وخمسين سنة وستة اشهر واربعة عشر يوما ، وملك حماة يوم السبت ثامن جمادي الاولي سنة اثنين واربعين وستماية وهو اليوم الذي توفي فيه والده الملك المظفر محمود ، فيكون مدة ملكه احدي واربعين سنة وخمسة اشهر واربعة ايام ، وكان اكبر امانيه ان يعيش الي ان يسمع جوابه من السلطان فيما ساله من اقرار حماة علي ولده الملك المظفر محمود ، فاتفق وفاته قبل وصول الجواب ، وكان قد ارسل في ذلك علي البريد مملوكه سنقر امير خور ، فوصل بالجواب بعد موت الملك المنصور بستة ايام ، ونسخة الجواب من السلطان بعد البسملّة المملوك قلاوون اعزّ الله انصار المقام العالي المولوي السلطاني الملكي المنصوري الناصري ولا عدمه الاسلام ، ولا فقدته السيوف والاقلام ، وحماه من اذي

v) وذهب Cod. Leid. ووهب

in conſilium alii Damaſco arceſſiti. Sed ingraveſcebat nihilominus pleuritis, neque proficiebat huic oppoſita congrua quamvis medicatio. Comparabat itaque aeger ſe fini ſuo, reſipiſcebat, ad deum toto converſus animo, manumittebat mamlucos ſuos, rogabatque a Sultano Malec el-Manſuro Calavuno per litteras, velit filium ſuum, Malec el-Modafferum Mahmudum, iisdem pactis atque legibus in principatu ſuo conſervare, quibuscum ipſe per vitam eum obtinuerit. At quamvis aliud in votis aeque non haberet, quam vivus adhuc a Sultano gratioſum et deſiderio ſuo favens reſponſum accipere; ideoque litterarum ſuarum perlatorem mamlucum ſuum Emir Achurum [ſeu praefectum equorum, vel comitem ſtabuli], Soncorum, veredo auguſto impoſuiſſet, quo celerrime et absque mora viam abſolveret: nihilominus tamen exſpirabat ſexto die antequam Soncor cum reſponſo rediret, mane diei undecimi decimi menſis huius anni DCLXXXIII. Quum natus fuiſſet hora quinta diei Iovis, antepenultimi de menſe tertio anni DCXXXII, efficitur eum annos 51 cum ſex menſibus et quatuordecim diebus confeciſſe. Et quum orſus fuiſſet Hamatae dominationem die Sabbati octavo menſis quinti anni DCXLII, eodem illo, quo pater eius, Malec el-Modaffer Muhammed, obierat, conſequitur eum annos 41, quinque menſes, et quatuor dies regnaſſe.

Exemplum reſponſi, quod Sultan ad ſuperiorem Manſuri petitionem remittebat, ſic erat conceptum. (55) Poſt Biſmillah [ſeu formulam ſollemnem], In nomine dei, ſequebatur ſic: "Mamluc Calavun [ſcilicet ſic ait]. Confortet deus adiutores Macami (56) [ſeu ſerenitatis] Muluvicae [ſive Maulana, domini noſtri] Sultanicae, Malekicae Manſuricae Naſericae [hoc eſt, Sultani Malec el-Manſuri Naſer-ed-dini]; neque permittat Iſlamismum eo carere, aut eum deſiderari a gladiis aut a calamis [in ſago togave, rebus belli pacisve]. Servet eum deus a morbi noxa taedioque, et ab adventu eorum, qui aegros inviſunt,

اذي داء وعود عوّاد والمام الام ، المملوك يجدّد الخدمة التي كان يودّ تجديدها شفاها ، ويصف ما عنده من الالم لما المّ بمزاجه الكريم حتي انه لم يكد يفتتح بالحديث فاهـا ، ولما وقفنا علي الكتاب المولوي المتضمن بمرض الحدّ x المحروس وما انتهي اليه الحال ، كادت القلوب تنشق والنفوس تذوب حزنـا ، والرجاء من الله ان يتداركه بلطفه وان يمنّ بعافيته التي رفع في مسالتها يديه وبسط كفيه ، وهو يرجو من كرم الله معاجلة الشفاء ، ومداركة العافية الموردة بعد الكدر مورد الصفاء ، وان الله يفسح في اجل المولي ويهبه العمر الطويل ، واما الاشارة الكريمة الي ما ذكره من حقوق يوجبها الاقرار ، وعهود امنت بدورها من السرار y ، ونحن نحمد الله فعندنا تلك العهود ملحوظة ، وتلك الموادّات z محفوظة ، فالمولي يعيش قرير العين a فما ثمّ الاّ ما يسرّه من اقامة ولده مقامة ، لا يحول ولا يزول ، ولا يري علي ذلك دله ولا ذهول ، ويكون المولي طيّب النفس مستديم الانس بصدق العهد القديم ، وبكلّما يوثر من خير مقيم * ولما

x) الحدّ Forte الجدّ

y) السرار Ita appellatur ultima nox menſis. سرار الشهر اخره لان القمر يستسرّ فيه verba ſunt Merzukii; h. e. "سرار menſis, eſt finis eius, quia luna tum ſeſe سرّ occultat."

z) الموادّات Num recte?

a) قرير العين (C. L. temere العيش). Memini cel. Schultenſium hac de phraſi alicubi fuſe egiſſe. Poteſt gemino modo verti, aut *frigidus oculi*, aut *firmus*, vel *tranquillus oculi*. Dicitur oculus frigidus, qui non calet ab acribus humoribus, aut ab inflammatione. Vt autem calor oculi,

et a periodica invaſione dolorum. Mamluc [hoc eſt Calavun] renovat cultum et obſervantiam, quam optarat potuiſſe coram praeſens lingua labiisque ſuis renovare, et declarat, quem in ſe deprehendit, ſenſum doloris ob malum, quod iſtius domini temperamentum nobile et excelſum infeſtavit, tantum eſſe, ut nequeat os in ſermonem laxare. Et quum inſpeximus epiſtolam Maula [hoc eſt domini], quae continet expoſitionem de morbo Serenitatis, quam deus diu conſervet integram, et quo evaſerit eius ſtatus, parum abfuit, quin corda rumperentur, et animae a moerore colliquatae diffluerent. Sed ſpes eſt, fore ut deus eum aſſequatur ſua gratia, et ipſi pro miſericordia ſua largiatur ſanitatem, quam vovens et apprecans [Mamluc Calavun] attollit verſus coelum ſuas manus, et expandit [ut precantes facere ſolent], palmas ſuas, ſperans a divina beneficentia et liberalitate celerem ſanitatis conceſſionem, et conſecutionem incolumitatis, quae a moeroris faecibus ducat ad limpidos fontes gaudii; et ſperans, deum ipſi conceſſurum eſſe amplam fati moram et diuturnam vitam. Quod autem ad nobilem attinet admonitionem et invitationem ad id, quod memorat [Maula, dominus, nempe Hamatenus] de debitis, quae confirmare nobis incumbit, et de pactis, quorum plenae lunae* ſecurae ſunt ab occultatione et occaſu: perſtant apud nos, laus deo, iſta foedera et pacta firma, noſtrisque oculis propoſita, et iſtae amicitiae perſtant intemeratae. Vivat itaque Maula frigido cum oculo [hoc eſt laetus et ſecurus], neque eſt, niſi quod ipſum exhilaret in hoc negotio conſtituendi filii eius in ipſius loco. Non mutabitur, neque vacillabit, neque conſpicietur in eo mentis [et affectuum] impotentia, aut vaeſana extravagantia. Maula itaque animo quietus et ſemper ſerenus et hilaris eſto ob antiqui foederis veracitatem et conſtantiam, et ob omne, quod ipſe ſibi praeoptat aeternum bonum."

 Haec

* Hoc eſt ſplendidae grataeque conditiones. Arabes omnia pulchra et magnifica *lunam* appellant.

ولما وصل الكتاب اجتمع لقراته الملك الافضل والملك المظفر وعلم الدين سنجر المعروف بابي خرص ، وقري عليهم وتضاعف سرورهم بذلك ، وكان الملك المنصور محمد صاحب حماة المذكور ملكا ذكيا فطنا محبوب الصورة ، وكان له قبول عظيم عند ملوك الترك ، وكان حليما الي الغاية يتجاوز عما يكره ويكتمه ولا يفضح قايله ، من ذلك ان الملك الظاهر بيبرس قدم الي حماة ونزل بالدار المعروفة الان بدار المبارز ، فرفع اليه اهل حماة عدة قصص يشكون فيها عن الملك المنصور ، فامر الملك الظاهر دوادارة سيف الدين بلبان ان يجمع القصص ولا يقراها ويضعها في منديل ويحملها الي الملك المنصور صاحب حماة ، فحملها الدوادار المذكور واحضرها الي الملك المنصور وقال انه والله لم يطلّع السلطان (يعني الملك الظاهر) علي قصّة منها وقد حملها اليك ، فتضاعف دعاء الملك المنصور لصدقات الملك الظاهر وخلع علي الدوادار واخذ القصص ، وقال بعض الجماعة سوف نري من تكلّم بشي لم ينبغي b ، وتكلّموا بمثل ذلك ، فامر الملك المنصور باحضار نار وحرّق تلك القصص ولم يقف علي شي منها ليلّا يتغيّر خاطره علي رافعها ، وله مثل ذلك كثير رحمه الله تعالي *

ذكر

oculi, calidas amaras lacrimas, et triſtiam notat; ita notat oculus frigidus laetitiam دمعة الحزن حارة ودمعة السرور باردة ، ولهذا قيل للمدعوّ له اقرّ الله عينه ، ماخوذ من القر والقرة وهو البرد ، وقيل للمدعوّ عليه اسخن الله عينه ، ماخوذ من السخنة وهي الحرارة ، وقيل ان اقرار العين ماخوذ من القرار ، فكانه دعي له ان يرزق ما يقرّ عينه حتي لا يطمع الي ما لغيره

"Lacri-

Haec imperatoris epiſtola quum adveniret, coibant ad eius acroaſin Malec el-Afdal [defuncti frater, pater meus], et [defuncti filius] Malec el-Modaffer, Alm-ed-din Soncor, vulgo Abu-Charas dictus, et multiplex inde gaudium concipiebant.* Erat defunctus princeps acer et ſagax, amabilis forma, gratus Sultanis Turcicis, admodum clemens, connivens ad ea, quae audiebat, vel videbat, ingrata, gnarus et celare, et auctorem non prodere, neque dehoneſtare. Cuius rei exemplum hoc eſt. Malec ed-Daher Bibars aliquando veniebat Hamatam, ubi deſcendebat in domo, quae nunc vulgo Dar-el-Mobarez dicitur. Exhibebant ipſi tum Hamatae cives libellos memoriales numero plures, in quibus graviſſime de principe ſuo, puta Manſuro, querebantur. Verum Daher non tantum interdicebat eorum lectione ſuo ſecretario, Alm-ed-dino Ballabano, ſed etiam imperabat ipſi, ut omnes, quales erant, congeſtos in unum mantile ad Manſurum deferret. Ballaban itaque mandatis obſecutus afferebat iſtum faſciculum ad Manſurum, nuncians ſimul deumque obteſtans, Sultanum (quo titulo Bibarſum deſignabat) ne unum quidem horum omnium libellorum inſpicere dignatum fuiſſe, ſed iuſſiſſe ad ipſum deferri. Magna debitaque cum reverentia et laetitia exoſculabatur Manſur tantam clementiam, eiusque in vicem imperatori fauſta quaevis vovebat, dataque perlatori inſigne ſtola pretioſisque muneribus, ſumebat in manus libellorum faſciculum. Iam laeti quidam aulicorum et quaſi triumphantes: Nunc tandem videbimus, aiebant, quis indecora profari auſus fuerit. Alii alia prodebant exſultantes haud multum iſtis abſimilia. Verum Malec el-Manſur afferri iubebat focum, in quem coniiciebat ſimul omnes, non auſus aperire aut inſpicere, ne quid ipſi malevolentiae adverſus auctores vel nolenti adhaereſceret. Et talia eius plura exſtant.

* Phraſis tunc temporis curialis. Debemus Abulfedam ab hoc tempore inde conſiderare, ut hiſtoricum quidem, ſed et ſimul ut curialem, et ut vaſallum domus Calavunicae, tunc regnantis. Saepe nimis quam viliter adulatur.

ذكر ملك الملك المظفر حماة ، ولما بلغ السلطان الاعظم الملك المنصور وفاة الملك المنصور صاحب حماة قرّر ابنه الملك المظفر محمود ابن الملك المنصور محمد في ملك حماة علي قاعدة والده وارسل اليه والي عمه الملك الافضل والي اولاده التشاريف ومكاتبة الي الملك المظفر بذلك ، ووصلت التشاريف ولبسناها في العشر الاخير من شوال من هذه السنة (اعني سنة ثلاث وثمانين وستماية) ، ونسخة الكتاب الواصل من السلطان بعد البسملة المملوك قلاوون ، اعزّ الله نصرة المقام العالي المولوي السلطاني الملكي المظفري التقوي ونزع عنه الباس الباس ، والبسه حلل السعد المجلوة علي اعين الناس ، وهو يخدم خدمة بولاء قد تبجّست ، عيونه ، وتاسّست مبانيه ، وتيابست d ظنونه ، وحلت رهونه ، وحلت e ديونه ، واثمرت غصونه ، وزهت افنانه وفنونه ، ومنها وقد سيرّنا المجلس السامي جمال الدين اقوش الموصلي الحاجب واصحبناه من الملبوس الشريف ما يغيّر به لباس الحزن ، وينجلّي في مطلعه ضياء وجه الحسن ، وينجلي بذلك غيوم تلك الغموم ، وارسلنا ايضا صحبته ما يلبسه هو ونووه كما يبدو البدر بين النجوم ، واخر الكتاب وكتب في عشرين شوال سنة ثلث وثمانين وستماية *

وكان

"Lacrimae moeſtitiae ſunt calidae; lacrimae autem laetitiae ſunt frigidae. Propterea dicitur illi cui bene precare volumus, اقرّ frigificet deus oculum eius. Eo adſpectu repetenda eſt formula a قر et قره frigore. E contrario autem dicitur اسخن calefaciat deus oculum eius, ſi cui male precamur. Alii tamen non a قر vel قره frigore arceſſunt, ſed a قرار quiete. Quietet, firmet, in tranquillitate collocet deus oculum

Huius itaque viri obitum quum accepiſſet Sultan Calavun, confirmabat eius filium, Malec el-Modafferum Mahmudum in principatu Hamateno ſecundum pacta patris, ipſique et eius patruo, Malec el-Afdalo, huiusque liberis [hoc eſt nobis, fratribus] mittebat Taſcharif [vel Serapas, hoc eſt pallas honorum, quas qui induit eo ipſo declaratur Scharif, aut nobilis,] et epiſtolam [vel diploma inveſtiturae] ſimul ad Modafferum. Adveniebant hae Taſcharif et induebamus eas in ultima decuria dierum menſis decimi huius anni DCLXXXIII. Exemplar epiſtolae, poſt praemiſſam formulam Biſmillah et cetera praemittenda, hoc erat. "Mamluc Calavun: Fortificet deus victoriam Macam [ſeu ſerenitatis] excelſae, Muluvicae [vel dominicae] Sultanicae Malekicae Modaffericae Tacavicae [hoc eſt Sultani Malec el-Modafferi Taki-ed-dini], et exuat ipſi veſtes ſollicitudinis atque moeroris, et induat ipſi togas felicitatis reſplendeſcentes in oculis hominum. Et ipſe [Mamluc Calavun] ſervit ſervitium [hoc eſt offert ſuo nomine ſalutem et officia ſua] cum fidelis animi affectu, cuius fontes libere manant, et cuius fundamenta ſolidata ſunt, et cuius infidae ſuſpiciones exaruerunt et evanuerunt, cuius ſoluta pignora, cuius deleta iam nomina; cuius rami fructibus foeti, et cuius diverſae ramificationes et modificationes rident. „* Interiectis aliis ſequebatur. "Miſimus Maglas [ſeu Suam Excellentiam] altam, Gemal-ed-dinum Acuſchum Mauſelenſem Hagebum [ſeu cubicularium], cui addidimus de indumentis Scharifis [ſeu nobilibus] id, quod poſſit mutare obvelamentum triſtitiae, et nitidam facere adſpectu ſuo lucem faciei pulchrae, et diſcutere atros imbres et ſpiſſas nebulas iſtarum curarum. Et miſimus quoque cum illo, quod induat ipſe et eius familia, quod ſi induet evadet ut luna minores inter ſtellas.„ Finis epiſtolae erat. "Scriptum die vigeſimo (57) menſis decimi anni DCLXXXIII. „ — Miſe-

* Totum hoc galimathias nil innuit aliud, quam ſincerum affectum, cuiuc multa variaque exhibuit ſpecimina, praecipue in eo, quod promiſſa patri fide ſtetit.

وكان قد وقع الاتفاق عند موت الملك المنصور علي ارسال علم الدين سنجر ابي خرص الحموي لاجل هذا المهمّ، فلاقي سنجر المذكور جمال الدين الموصلي بالخلع في اثناء الطريق، فاتمّ سنجر ابو خرص *f* السير ووصل الي الابواب الشريفة السلطانية، فتلقّاه السلطان بالقبول واعاده بكل ما يحب ويختار وقال نحن واصلون الي الشام ونفعل مع الملك المظفر فوق ما في نفسه، فعاد علم الدين سنجر ابو خرص الي حماة ومعه الجواب بنحو ذلك ❁

ثم دخلت سنة اربع وثمانين وستماية، ذكر ركوب الملك المظفر صاحب حماة بشعار السلطنة، في هذه السنة في صفر كان ركوب السلطان الملك المظفر محمود صاحب حماة بشعار السلطنة بدمشق المحروسة، وصورة ما جري في ذلك ان السلطان الملك المنصور قلاوون وصل في هذه السنة في اواخر المحرم بعساكره المتوافرة الي دمشق المحروسة، وسار الملك المظفر صاحب حماة وعمه الملك الافضل ووصلا اليه الي دمشق، فاكرمهما السلطان اكراما كثيرا، وارسل الي الملك المظفر في اليوم الثالث من وصوله التقليد بسلطنة حماة والمعرة وبارين والتشريف وهو اطلس احمر فوقاني بطراز زركش وسنجاب ودايرة قندس وقبا اطلس اصفر تحتاني وشاش تساعي *g* وكلوته زركش وخياصة *h* ذهب وسيف محلّي بالذهب وتلكش *i* وعنبرينا *k* وثوب بطرز مذهبة ولباس، وارسل شعار السلطنة وهو سنجق بعصايب سلطانية وفرس سرج ذهب ورقبة *l* وكنبوش وارسل الغاشية السلطانية، فلبس الملك المظفر ذلك وركب بشعار السلطنة وحضرت امراء السلطان ومقدّمو العسكر وساروا

Miſerant poſt Manſuri obitum, proceres Alm-ed-dinum Sangarum, alias Abu-Charaſum dictum, Hamatenum, Miſram, ut ſucceſſionis negotium in favorem Modafferi conficeret. Sed ei ipſa in via occurrebat, qui laudatam modo epiſtolam ſtolasque regias afferebat, Gemal-ed-din Mauſelenſis. Nihilominus tamen continuabat Sangar Abu-Charas iter ſuum, usque ad excelſas portas Sultanicas; ubi Sultan ipſumque negotiumque eius ſumma cum benignitate clementiaque acceptabat, remittebatque modis, quos ipſe modo poterat deſiderare et praeoptare, omnibus, eaque cum pollicitatione, velle ipſe propediem in Syriam venire, et cum Malec el-Modaffero melius agere, quam is ſperare aut cupere queat. Sic redibat Sangar Abu-Charas cum litteris ſimilis, atque ſuperiores erant, argumenti.

Anno DCLXXXIV [qui die 5 Martii A. C. 1285 coepit] ſecundo menſe publice Damaſci obequitabat Sultan Malec el-Modaffer Mahmud, Hamatae dominus, in habitu, et ſub vexillis, Sultanicis. Quod ita contigit. Sultan Malec el-Manſur Calavun veniebat ſub finem primi menſis huius anni Damaſcum in numeroſis copiis. Eo igitur ibant Malec el-Modaffer et eius patruus, Malec el-Afdal, et magnis ambo pariter excipiebantur honoribus a Sultano. Die deinceps ab eorum adventu tertio mittebat Calavun diploma inveſtiturae Sultanatus Hamateni, in Hamata et Barina et Maarra, ſimulque Taſcharif [ſeu veſtem principalem]. Haec erat; veſtis quidem exterior, athlas ruber praetextatus limbo aureo, et hermelino et circulo Condos; tunica interior erat athlas flavus, et lorum ساعي et Kelute auro picta, et gladius auro ornatus, et Tilkeſch et Anbarina, interula cum limbo aureo, et alia indumenta. Mittebat quoque Schear [ſeu γνωρισμα] Sultanatus, hoc eſt vexillum cum ſtriis et taeniis Sultanicis, equum aureo ephippio inſtratum, et Racba et Cambuſch et ſtragulum Sultanicum. Hoc in apparatu conſcendebat equum Malec el-Modaffer, ſtipatus Emiris atque praefectis copiarum,

وساروا معه من الموضع الذي كان فيه وهو داره المعروفة بالحافظية داخل باب الفراديس بدمشق المحروسة الي ان وصل الي قلعة دمشق، ومشت الامراء في خدمته ودخل الملك المظفر الي عنده السلطان، فاكرمه واجلسه الي جانبه علي العراحة m وطيّب خاطره وقال له انت ولدي واعزّ من الملك الصالح عندي، فتوجّه الي بلادك وتاهّب لهذه الغزوة المباركة، فانتم من بيت مباركة ما حضرتم في مكان الّا وكان النصر معكم، فعاد الملك المظفر وعمه الملك الافضل الي حماة وعملا اشغالهما، وكذلك باقي العسكر الحموي وتاهّبوا للمسير الي خدمة السلطان ثانيا *

ذكر فتوح المرقب، وفي هذه السنة سار السلطان الملك المنصور سيف الدين قلاوون بعد وصوله الي دمشق بالعساكر المصرية والشامية ونازل حصن المرقب في اوايل ربيع الاول من هذه السنة، وهو حصن للاسبتار في غاية العلو والحصانة لم يطمع احد من الملوك الماضيين في فتحه، فلما زحف العسكر عليه اخذ الحجارين n فيه النقوب ونصبت عليه عدة مناجنيق كبارا وصغارا، يقول العبد الفقير مولّف هذا المختصر انني حضرت حصار الحصن المذكور وعمري ان ذاك نحو اثنتي عشرة سنة وهو اول قتال رايته وكنت مع والدي، ولما تمكّنت النقوب من اسوار القلعة طلب اهله الامان، فاجابهم السلطان رغبة في ابقاء عمارته، فانه لو اخذه بالسيف وهدمه كان حصل التعب في اعادة عمارته، فاعطي اهله الامان علي ان يتوجّهوا بما يقدرون علي حمله غير السلاح، وصعدت المناجنيق السلطانية علي حصن المرقب المذكور

qui pedites eum deducebant e domo, quam incolebat, et quae vulgo dicitur Hafedica, intra portam hortorum, usque ad arcem. Praeſentem benigne atque honorifice accipiebat Sultan, ſuumque ad latus reſidere iubebat ſuper * * * * blandisque verbis eum demulcebat, dicens: tu es filius meus, et mihi carior quam Malec es-Saleh [hoc eſt proprius meus primogenitus filius et haeres imperii mei]. Abi ergo ad terras tuas et para te ad benedictam, quam nunc molior, adverſus infideles expeditionem. Vos enim eſtis ex benedicta domo. Nunquam aliquo venitis, quo vobiscum victoria comes non veniat. Itaque redibat Modaffer cum Afdalo patruo Hamatam, ſuisque confectis quisque negotiis, quod et ceteri duces atque copiae Hamatenae faciebant, rurſus ad Sultanum remeabant.

Sultanus enim inde cum copiis utriusque regni, tam Aegypti, quam Syriae, ineunte menſe tertio, arcem Marcab (58) invadebat, ad Iſpetar [vel Hoſpitalarios] pertinentem, celſiſſimam atque munitiſſimam, quam nunquam quisquam praeteritorum regum auſus fuerat attrectare. Nihilominus adverſis eam armis impetebant Muſlemi, et caementarii inſtituebant eius muros perforare, quos praeterea noſtratium multae numero et utriusque ordinis, magnae parvaeque, catapultae quatiebant. Ait miſer et indigus bonorum omnium ſervus dei, compilator huius compendii: Ego ipſe interfui arcis huius obſidioni, annum aetatis agens duodecimum. Et haec prima fuit militia mea, cuius tum ſub patre meo ponebam tyrocinium. Quum itaque aditum per muros feciſſent arietes, paciſci flagitabant, quae intus erant, praeſidia. Neque negabat Sultan, cupidus arcis ſtructuram conſervare. Nam ſi ferro eam expugnaſſet, et evertiſſet machinis, multi fuiſſet laboris opus eam reſtaurare. Propterea indulgebat hoſtibus ea conditione ſalutem, ut abirent, ſecum aſportantes, praeter arma quantum corpore ferre valerent. Et hac ratione ibant Sultani vexilla in eius arcis culmina, ipſeque illam acci-

المذكور وتسلّمه في الساعة الثامنة من نهار الجمعة تاسع عشر ربيع الاول من هذه السنة (اعني سنة اربع وثمانين وستماية)، وكان يوما مشهودا اخذ فيه النار من بيت الاستنار وصحبت اية الليل باية النهار، فامر السلطان فحمل اهل المرقب الي مأمنهم، ولما ملكه قرّر امره ورحل عنه الي الوطاة بالساحل واقام بمروج بالغرب من موضع يقال له برج الغرفيص، ثم سار السلطان ونزل تحت حصن الاكراد ثم سار ونزل علي بحيرة حمص وفي بحيرة قدس *

ذكر مولد مولانا السلطان الاعظم الملك الناصر ناصر الدنيا والدين محمد بن السلطان الملك المنصور سيف الدنيا والدين قلاوون الصالحي، وفي هذه السنة ولد مولانا السلطان الاعظم المذكور من زوجة السلطان وهي بنت سكناي ابن قراجين بن جنعان، وسكناي المذكور ورد الي الديار المصرية هو واخوه قرمشي سنة خمس وسبعين وستماية صحبة بيجار الرومي في الدولة الظاهرية، فتزوّج السلطان الملك المنصور قلاوون ابنة سكناي المذكور في سنة ثمانين وستماية بعد موت ابيها المذكور بولاية عمها قرمشي، ووردت المشاير بمولده الي السلطان وهو نازل علي بحيرة حمص

lum eius, quasi qui id dicit, dicere velit: deus indulgeat ipsi tale aliquid, quod eius oculum figat in uno quodam obiecto, ut, quod alterius est, non concupiscat." Verba sunt Haririi in commentario ad Conf. suum XXVII.

b) Post ينبغي legitur in C. L. ما يلتقي quae expunxi.

c) تبجست verbum perrarum, *sese rumpere*, et inde *effundere contenta sua.* Vtitur eo Gauharius in verbo فجر rupit. فجرت الماء فانفجر اي بجسته فانبجس Vtitur quoque poëta apud Nuvairium de saxo:

piebat in fidem et poſſeſſionem hora nona diei Veneris, decimi noni, menſis tertii anni huius DCLXXXIV. Dies is erat feſtivus et celeberrimus, quippe quo ignis apprehendit domum Hoſpitalariorum, et *deletum fuit exemplum noctis per exemplum diei.** Tum conducebatur, e Sultani mandato, praeſidium hoſtile in locum ſecuritatis. Ipſe porro, in arce recens acquiſita conſtitutis ad mentem ſuam rebus omnibus, movebat in humiliora plana Riperiae, et in campis metabatur prope locum, cui nomen Borg [ſeu burgum, vel turris] Carfis: dein illinc translata collocabat caſtra ſub Heſn-el-Acrad, tandem ad lacum Cadas, prope Hemſam; ubi eum laetus occupabat de recens nato filio nuncius, illo nimirum, qui nunc regnat clementiſſimus noſter dominus et Sultanus, Malec en-Naſer Naſer-ed-dunia va'd-din Muhammed, filius Sultani Malec el-Manſuri Saif-ed-dunia va'd-din Calavuni Salehici. Hunc ipſi peperat eius uxor, filia Socnaii, filii Caragini, filii Ganani. Venerat iſte Socnai cum fratre ſuo, Cormiſchi, anno DCLXXV in Aegyptum una cum Bigaro Romano, ſub regno Malec ed-Daheri Bibarſi. Filiam eius ducebat Sultan Calavun anno DCLXXX, poſtquam pater eius, Socnai, vivis exceſſiſſet, Carmiſchio, puellae patruo, ipſam illi maritante. Laetus iſte tam felicis partus nuncius in caſtra delatus ad lacum

 Hem-

* Deſumta haec ſunt ex Corano. *Exemplum* eſt res mira, quae potentiam, ſapientiam dei demonſtrare, et hominem ad reſipiſcentiam permovere valet. *Nox* hic eſt ſymbolum Francorum, ut *dies* Muſlemorum. Poſſet etiam ad litteram capi, pro: altero ab expugnatione die iubebat Sultan hoſtem in locum ſecurum deduci: priorem tamen metaphoricam interpretationem malo. Sed priora mihi negotium faceſſunt, iſte *ignis* ſitne naturalis, an ignis ille κατ' εξοχην ſic dictus nempe infernalis. Hoc poſterius magis placet. Atqui non video, eo die plures, quam alio, fuiſſe caeſos Hoſpitalarios. Si velis ignem naturalem hic intelligere, et *domum Hoſpitalariorum* pro arce Marcab habere, non reſpondent ſequentia, *et deleta fuit nox per diem*, et pugnant ſuperiora, *Sultanus cupiebat arcem conſervare.* Sed liberum cuique de hoc loco judicium facio.

حمص عند عوده من فتح المرقب ، فتضاعف سروره وضربت البشاير فرحا بمولده السعيد *

وفيها عاد السلطان الي الديار المصرية واعطي الملك المظفر عند رحيله عن حمص الدستور فعاد الي حماة ۞

ثم دخلت سنة خمس وثمانين وستماية ، فيها ارسل السلطان عسكرا كثيفا مع نايب سلطنته حسام الدين طرنطاي المنصوري وامره بمنازلة الكرك ، فسار اليها وحاصرها وتسلّمها بالامان واقام بها نواب السلطان وعاد وصحبته اصحاب الكرك جمال الدين خضر وبدر الدين سلامش ولدا الملك الظاهر بيبرس ، فاحسن السلطان اليهما ووفي لهما بامانه وبقيا علي ذلك مدة طويلة ، ثم بلغه عنهما ما كرهه ، فاعتقلهما ، فبقيا في الحبس حتي توفي ، فنقل خضر وسلامش ولدا الملك الظاهر بيبرس الي القسطنطينية *

فيها خرج السلطان من الديار المصرية الي غزة ثم صار الي الكرك ، فوصل اليها في شعبان وقرر امورها ثم عاد الي جهة غابة ارسوف واقام مدة ثم عاد الي الديار المصرية *

وفيها توفي ركن الدين اباجي الحاجب ۞

ثم دخلت سنة ست وثمانين وستماية ، ذكر فتوح صهيون ، كان السلطان قد جهز عسكرا كثيفا مع نايب سلطنته حسام الدين طرنطاي بمن معه من العساكر المصرية والشامية في هذه السنة الي قلعة صهيون ٥ ونصب عليها المناجنيق وضايقها بالحصار ، فاجابه صاحبها الامير شمس الدين سنقر الاشقر الي تسليمها بالامان ، وحلف له حسام الدين طرنطاي ، فنزل سنقر الاشقر اليه وسلّم صهيون في

ربيع

Hemſae, et a ſubacta Marcaba redeunti oblatus, geminum efficiebat gaudium, cuius publica prodebantur indicia.

Eodem redibat Sultan in Aegyptum, et Hemſa movens veniam dabat Manſuro Hamateno, cum copiis ſuis ad ſua redeundi.

Anno DCLXXXV [qui die 26 Febr. A. C. 1286 coepit] mittebat Sultan gravem exercitum adverſus Caracam ſub ducatu mamluki ſui et generalis vicarii Sultanatus, Huſam-ed-dini Tarantaii, Manſurici; qui etiam, poſt aliquam obſidionem arcem in fidem accipiebat, et, poſtquam ibi conſtituiſſet Sultani nomine praefectos, redibat Miſram, una cum duobus fratribus, qui hactenus arcem obtinuerant, Gemal-ed-dino Chidro, et Bedr-ed-dino Salamiſcho, filiis Malec ed-Daheri Bibarſi; quibus ambobus initio quidem bene faciebat Sultan; deinde vero, audiens nonnulla ingrata de illis ad ſe relata, in cuſtodia eos attinebat, quamdiu deinceps vivebat. Eo autem mortuo, Conſtantinopolin ablegabantur.

Hoc anno exibat Sultan Miſra, primum verſus Gazam, dein Caracam; ubi quum res ad arbitrium ſuum octavo menſe ordinaſſet, reflectebatur ad ſilvam Arſuf; ubi quum traxiſſet aliqualem moram, repetebat Aegyptum.

Eodem obibat Rocn-ed-din Abagi Hageb [ſeu cubicularius].

Anno DCLXXXVI [qui die 15 Febr. A. C. 1287 coepit] expugnata fuit Sahiun [vel Sahunna]. Nimirum expediebat Sultan hoc anno gravem exercitum, tam Aegyptiacum, quam Syrum, adverſus eam arcem, ſub ducatu Locumtenentis Sultanici, Huſam-ed-dini Tarantaii. (59) Sentiens itaque admotam ſibi arcique ſuae machinarum vim Emir Soncor Aſchcar, dedebat ſeſe, poſt acceptam ab Huſam-ed-dino iurisiurandi formulam, et deſcendebat ad eum ex arce ſua, quam tradebat menſe huius anni tertio, comiterque et honorifice excipiebatur ab Huſam-ed-dino.

Eodem

ربيع الاول من هذه السنة ، فتسلمها طرنطاي واكرم سنقر الاشقر المذكور غاية الاكرام ، ثم سار حسام الدين طرنطاي الي اللاذقية ، وكان بها برج للفرنج يحيط به البحر من جميع جهاته ، فركب p طريقا اليه في البحر بالحجارة وحاصر البرج المذكور وتسلّمه بالامان وهدمه ، ثم بعد ذلك توجه الي الديار المصرية وصحبته سنقر الاشقر ، فلما وصلا الي قرب قلعة الجبل ركب السلطان الملك المنصور قلاوون والتقي مملوكه حسام الدين طرنطاي وسنقر والاشقر واكرمه ووفي له بالامان ، وبقي سنقر الاشقر مكرما محترما مع السلطان الي ان توفي السلطان وملك بعده ولده الملك الاشرف فكان من امره ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

وفيها نزل تدان منكو بن طغان بن باطو بن دوشي خان بن جنكزخان عن مملكة التتر بالبلاد الشمالية واظهر التنزّه والانقطاع الي الصلحاء واشار الي ان يملّكوا ابن اخيه تلابغا بن منكوتمر بن طغان المذكور ، فملك بعده تلابغا بن q المذكور *

وفيها ارسل السلطان الملك المنصور عسكرا مع علم الدين سنجر المسروري المعروف بالخيّاط متولي القاهرة الي النوبة ، فساروا اليها وغزوا وغنموا وعادوا *

وفيها توفي بدر الدين بيليك الايدمري ۞

ثم دخلت سنة سبع وثمانين وستماية ، فيها توفي الملك الصالح علاء الدين علي بن السلطان الملك المنصور سيف الدين قلاوون ، وهو الذي جعله ولي عهده وسلطنه في حياته ، فوجد عليه السلطان والده وجدا عظيما ، وكان مرضه بالدوسنطريا ، وخلف الملك الصالح المذكور ولدا اسمه موسي بن علي ۞

ثم

Eodem ibat idem Huſam-ed-din verſus Laodiceam (60), ubi Franci turrim tenebant undecunque mari cinctam. Nihilominus adortus eam Huſam-ed-din per viam, quam ſibi per mare lapidibus et molibus iniectis ſtraverat, adigebat ad deditionem; nactus autem demoliebatur, et inde rurſus in Aegyptum ſe conferebat una cum Soncoro Aſchcaro. Quos ambos Sultan, equeſtre in pompa obviam egreſſus, haud procul ab arce montana benigne accipiebat; et Soncorum quidem ſecum, quamdiu vivebat ipſe, magno ſemper in honore atque veneratione tenebat, pactorum nihil fallens. Quid autem poſt exceſſum Sultani, ſub eius filio et ſucceſſore, Malec el-Aſchrafo, contigerit huic Soncoro, id deinceps loco ſuo memorabimus.

Eodem abdicabat ſe regno ſuo ſponte ſua Tadan (60) Mangu, filius Tagani, filii Batui, filii Duſchi Chani, filii Genkizchani, vitam a mundanis deliciis alienam, et ſe priorum amicum atque ſodalem profeſſus. Eiusdem de conſilio mandabatur imperium eius ex fratre nepoti, Talabogae, filio Mangutimuri, filii Tagani.

Eodem mittebat Sultan Malec el-Manſur Calavun exercitum cum Alm-ed-dino Sangaro Maſrurico, vulgo Chaiiat [ſeu ſartore] dicto, Motavallio [ſeu gubernatore] Cahirae, adverſus Nubiam, non ſine fructu. Nam victores inde redibant praeda onuſti.

Eodem obiit Bedr-ed-din Bilik Idemoricus.

Anno DCLXXXVII [qui die 5 Febr. A. C. 1288 coepit] obiit Malec es-Saleh Ala-ed-din Ali, filius Sultani Malec el-Manſuri Saif-ed-dini Calavuni (61), quem, ut ſupra vidimus, pater non tantum haeredem imperii ſui ſcripſerat, ſed etiam, ſe vivo, Sultanum nuncupaverat. Vnde facile colligitur patri moerorem non levem ſuccreviſſe. Obibat ex dyſenteria, filium relinquens, cui nomen Muſa.

ثم دخلت سنة ثمان وثمانين وستماية ، ذكر فتوح طرابلس ، في هذه السنة في اول ربيع الاخر فتحت طرابلس الشام ، وصورة ما جري ان السلطان الملك المنصور خرج بالعساكر المصرية في المحرم من هذه السنة وصار الي الشام ، ثم سار بالعساكر المصرية والشامية ونازل مدينة طرابلس الشام يوم الجمعة مستهلّ ربيع الاول من هذه السنة ، ويحيط البحر بغالب هذه المدينة وليس عليها قتال في البر الّا من جهة الشرقي وهو مقدار قليل ، ولما نازلها السلطان نصب عليها عدة كثيرة من المناجنيق الكبار والصغار ولازمها بالحصار واشتدّ عليها القتال حتي فتحها يوم الثلثا رابع ربيع الاخر من هذه السنة بالسيف ودخلها العسكر عنوة ، فهرب اهلها الي المينا فنجي اقلّهم في المراكب وقتل غالب رجالها وسبيت ذراريهم وغنم منهم المسلمون غنيمة عظيمة ، وحصار طرابلس هو ايضا مما شاهدته وكنت حاضرا فيه مع والدي الملك الافضل وابن عمي الملك المظفر صاحب حماة ، ولما فرغ المسلمون من قتل اهل طرابلس ونهبهم امر السلطان فهدمت ودكّت الي الارض ، وكان في البحر قريبا من طرابلس جزيرة وفيها كنيسة تسمي كنيسة سنطماس وبينها وبين طرابلس المينا ، فلما اخذت طرابلس هرب الي الجزيرة المذكورة والي الكنيسة التي فيها عالم عظيم من الفرنج والنساء ، فاقتحم العسكر الاسلامي البحر وعبروا بخيولهم سبّاحة الي الجزيرة المذكورة فقتلوا جميع من فيها من الرجال وغنموا ما بها من النساء والصغار ، وهذه الجزيرة بعد فراغ الناس من النهب عبرت اليها في مركب فوجدتها ملاء من القتلي بحيث لا يستطيع الانسان الوقوف فيها

Anno DCLXXXVIII [qui die 24 Ian. A.C. 1289 coepit] ineunte menſe quarto expugnata fuit Syriaca Tripolis. Quod ita contigit. Sultan Malec el-Manſur (62) exibat huius anni menſe primo cum copiis Aegyptiis in Syriam, ibique adſcito Syro exercitu invadebat dictam urbem die Veneris, ipſis Cal. tertii menſis. Mare tantum non totam eam ambit, neque patet bellatori ad eam aditus ex continente, niſi ſatis anguſtus ex orientale plaga. Per hunc admotae urbi variae machinarum formae, et pervicax atque contentioſa inſtituta obſidio, plusquam menſtrua. Nam die quodam Martis demum, quarto quarti menſis, effracta violenter illa fuit. Plurimi quidem, dum ſaevus miles cum gladio irrumpebat, in portum effugiebant, pauci tamen navium beneficio ſoſpites evadebant. Virorum longe maxima pars ferro cadebat, feminae puerique in captivitatem rapiebantur, immanis opum vis direpta fuit. Et huic ego quoque obſidioni cum patre meo, Malec el-Afdalo, interfui, et cum filio patrui mei, Malec el-Modaffero, Hamatae domino. Muſlemi, poſtquam omnia perpetraſſent, quae belli ius et religionis rigor permittit et ſancit, ſolo urbem, ex auguſti voluntate, aequabant. Erat autem in mari haud procul Tripoli quaedam inſula, quam inter et urbem portus Tripolitanus intercedebat; et in ea inſula erat eccleſia vulgo Santomas [vel Sancti Thomae] appellata. Hanc ad inſulam eiusque iſtam aediculam confugerat, quum urbs expugnaretur, ingens multitudo Francorum utriusque ſexus. At parum illis hoc proderat perfugium. Muſlemi enim, vel mare fervido ſubeuntes impetu, in equis emergebant natando in iſtam inſulam, et quotquot ibi viros deprehenderent, gladio tollebant, feminas autem et parvulos abducebant in captivitatem. Compoſitis caedium rapinarumque turbis, ipſe ego illuc in navicula tranſibam; ſed reperibam inſulam tam plenam cadaveribus et foetentem, ut mortalis homo neque pedem ibi figere, neque perdurare poſſet. Confecta igitur ex voto hac expeditione

فيها من فتن القتلي ، ولما فرغ السلطان من فتح طرابلس وهدمها عاد الي الديار المصرية واعطي صاحب حماة الدستور، فعاد الي بلده، وكان الفرنج قد استولوا علي طرابلس في سنة ثلاث وخمسماية في حادي عشر ذي الحجة فبقيت بايديهم الي اوايل ٢ هذه السنة (اعني سنة ثمان وثمانين وستماية) ، فيكون مدة لبثها مع الفرنج نحو ماية سنة وخمس وثمانين سنة وشهورا *

وفيها مات قبلاي خان بن طلي بن جنكزخان ملك التتر بالصين وهو اعظم الخانات والحاكم علي كرسي مملكة جنكزخان، وكان قد طالت مدّته، ولما مات قبلاي خان جلس بعده ولده شرمون *

ثم دخلت سنة تسع وثمانين وستماية ، ذكر وفاة السلطان الملك المنصور سيف الدنيا والدين قلاوون الصالحي ، في هذه السنة في سادس ذي القعدة توفي الملك المنصور المذكور ، وصورة وفاته انه خرج من الديار المصرية بالعساكر المتوافرة علي عزم غزو عكا وفتحها، وبرز الي مسجد التبن ، فابتدي مرضه في العشر الاخير من شوال بعد نزوله بالدهليز في المكان المذكور ، واخذ مرضه يتزايد حتي توفي يوم السبت سادس ذي القعدة بالدهليز، وكان جلوسه في الملك يوم الاحد الثاني والعشرين من رجب سنة ثمان وسبعين وستماية ، فيكون مدة ملكه نحو احدي عشر سنة وثلثة اشهر وايياما، وخلف ولدين هما الملك الاشرف صلاح الدين خليل والسلطان الاعظم الملك الناصر ناصر الدنيا والدين محمد ، وكان السلطان الملك المنصور المشار اليه ملكا مهيبا حليما قليل سفك الدماء كثير العفو شجاعا فتح الفتوحات الجليلة مثل المرقب وطرابلس

التي

Tripolitana, redibat Sultan in Aegyptum, Hamataeque domino licentiam dabat. Franci ſubegerant eam ſibi urbem anno DIII die undecimo ultimi menſis. Vnde conſequitur eos illam per 185 annos et aliquot ultra menſis obtinuiſſe.

Eodem obiit, poſt diutiſſime geſtam ſummam poteſtatem Cublai Can (63), filius Tulu, filii Genkizcani, rex Tatarorum Sinenſium, Canorum, quos Tatari agnoſcunt, maximus, et poſſeſſor throni Genkizcanici. Cui filius, Scharmun, ſuccedebat.

Anno DCLXXXXI [qui die 13 Ianuar. A.C. 1290 coepit] obiit Sultan Malec el-Manſur Seif-ed-din Calavun Salehicus die ſexto menſis undecimi. Egreſſus nimirum Aegypto cum ampliſſimis ſuis copiis, ea mente, ut invaderet, et, ſi pote, ſubigeret Accam [ſeu Ptolemaidem] morbo tentabatur apud Masgad et-Tebn [hoc eſt oratorium ſtramineum, locum ſic dictum] exeunte menſe decimo, ſtatim poſtquam ſibi loci in auguſto tentorio conſediſſet, et invaleſcente magis et magis adverſa valetudine obibat die Sabbati, ſexto menſis undecimi. Solium Sultanicum occupaverat die Solis, vigeſimo ſecundo ſeptimi menſis anni DCLXXVIII, ut itaque per ſpatium undecim annorum et trium menſium cum aliquot diebus regnaverit. Duo relinquebat filios, unum Malec el-Aſchrafum (64) Salah-ed-dinum Chalilum, et, qui nunc obtinet Sultanus maximus, Malec en-Naſerum Naſer-ed-dinum Muhammedem. Defunctus erat princeps magnae quidem apud ſuos auctoritatis et reverentiae, nihilominus tamen admodum clemens et parcus humani ſanguinis, ignoſcere ſuetus, idemque fortis atque bellicoſus, quod docent eius inſignes victoriae, ut iſtae a Francis ex Marcab et Tripoli reportatae, quas praeteritorum principum nullus fuerat auſus attrectare (65), ne ipſe quidem feliciſſimus ille Iſlamismi vindex, Francorum terror, Salah-ed-din. Illuſtris non minus eſt Calavuni noſtri ab altero iſto Muſlemorum hoſte, Tataris nempe, apud Hemſam reportata victoria, quamvis illi Syriam tanto tum

التي لم يجسر احد من الملوك مثل صلاح الدين وغيره علي التعرّض اليهما لحصانتهما ، وكسر جيش التتر علي حمص وكانوا في جمع عظيم لم يطرق الشام قبله مثله ، ولا يحتمل هذا المختصر ذكر فضايله رحمه الله تعالي ورضي عنه *

ذكر سلطنة ولده الملك الاشرف ، ولما توفي السلطان جلس في الملك بعده ولده الملك الاشرف صلاح الدين خليل ابن السلطان الملك المنصور قلاوون المذكور ، وكان جلوسه في سابع ذي القعدة من هذه السنة صبيحة يوم الذي توفي فيها والده ، والما استقر السلطان الملك الاشرف في المملكة قبض علي حسام الدين طرنطاي نايب السلطنة في يوم الجمعة ثاني عشر ذي القعدة فكان اخر العهد به ، وفوّض نيابة السلطنة الي بدر الدين بيدرا والوزارة الي شمس الدين محمد بن السلعوس † ❁

ثم دخلت سنة تسعين وستماية ، ذكر فتوح عكا ، في هذه السنة في جمادي الاخرة فتحت عكا ، وسبب ذلك ان السلطان الملك الاشرف سار بالعساكر المصرية الي عكا وارسل الي العساكر الشامية وامرهم بالحضور وان يحضروا صحبتهم المجانيق ، فتوجّه الملك المظفر صاحب حماة وعمه الملك الافضل وساير عسكر حماة صحبته الي حصن الاكراد وتسلّمنا منه منجنيقا عظيما يسمي المنصوري حمل ماية عجلة ، فغرّقت في العسكر الحموي ، وكان المسلم اليّ منه عجلة واحدة لانّي كنت ان ذاك امير عشرة ، وكان مسيرنا بالعجل في اواخر فصل الشتاء فاتفق وقوع الامطار والثلوج علينا بين حصن الاكراد ودمشق ، فقاسينا من ذلك بسبب جرّ العجل وضعف البقر وموتها بسبب البرد شدة

invaſiſſent numero, quanto nunquam antea. Sed non ferret Compendii huius indoles recenſionem virtutum omnium, quibus enituit optimus ille princeps, cui propitium et miſericors apprecamur ſummum numen. (66)

Huic ſuccedebat eius filius, Malec el-Aſchraf Salah-ed-din Chalil, ſeptimo die menſis undecimi, hoc eſt, altero ſtatim ab obitu patris. Is paullo poſt, die Veneris, duodecimo dicti menſis, corripiebat Huſam-ed-dinum Tarantaium, Locumtenentem Sultanicum, qui ex eo tempore deſiit comparere. Maximae vero dignitatis munus illud conferebat in Bedr-ed-dinum Baidara; Vezirum autem nuncupabat Schams-ed-dinum Muhammedum filium Saluſi.

Anno DCXC [qui die 3 Ianuar. A. C. 1291 coepit] medio fere ſubacta tandem fuit Acca [ſeu Ptolemais], ſub auſpiciis Malec el-Aſchrafi, qui ad eam promovens cum ſuis Miſrenſibus, in laboris ſocietatem Syros excipiebat. Malec el-Modaffer itaque, dominus Hamatae, cum patruo ſuo, Malec el-Afdalo, ceterisque copiis ſuis ad caſtra contendens tranſibat Heſn-el-Acrad; unde magnam illam catapultam, de auctore Manſuricam dictam, ſumebamus, centum curruum onus; dividebatur haec machina inter copias Hamatenas, et ſic obtingebat mihi rota una. Eram enim tum temporis adhuc decurio. Sed maxime implicabat curriculum noſtrum anni tempeſtas, imbribus et pruinis, ut fit hieme labente, inclementior, et tota iſta in via, praecipue quae Heſn-el-Acrad et Damaſcum intercedit, maximas devoravimus aerumnas, quandoquidem trahenda erant plauſtra, boves autem oneri ſuccumbebant, lubrico coenoſoque ſolo ſubſidentes, et a frigoris vehementia rupti; et quam exercitus equeſter, qualis ordinario ire ſolet, octiduo conficiat viam ab Heſn-el-Acrad usque ad Ptolemaidem, in ea neceſſe nobis erat integrum menſem conſumere. Sed voluerat Malec el-Aſchraf ad huius urbis obſidionem tanto numero machinas convehi, quanto convectae ad nullam

شدة عظيمة، وسرنا v بسبب العجل من حصن الاكراد الي عكا شهرا وذلك مسير نحو ثمانية ايام للخيل علي العادة، وكذلك امر السلطان الملك الاشرف بحرّ المناجنيق الكبار والصغار ما لم يجتمع علي غيرها، وكان نزول العساكر الاسلامية عليها في اوايل جمادي الاولي من هذه السنة واشتد عليها القتال، ولم يغلق الفرنج غالب ابوابها بل كانت مفتّحة وهم يقاتلون فيها، وكانت منزلة الحمويين براس الميمنة علي عادتهم، فكنّا علي جانب البحر والبحر عن يميننا اذا واجهنا عكا، وكان يحضر الينا مراكب مغنية x بالخشب الملبسين جلود الجواميس، وكانوا يرموننا بالنشاب والجروخ y، وكان القتال من قدّامنا من جهة المدينة ومن جهه يميننا من البحر، واحضروا بسطة z وفيها منجنيق يرمي علينا وعلي خيمنا من جهه البحر، فكنّا منه في شدة حتي اتفق في بعض الليالي هبوب رياح قوية، فارتفع المركب وانحطّ بسبب الموج وانكسر المنجنيق الذي فيه بحيث انه انحطم ولم ينصب بعد ذلك، وخرج الفرنج في اثناء مدة الحصار بالليل وكبسوا العسكر وهزّموا التركية واتصلوا الي الخيام وتعقّلوا بالاطناب ووقع منهم فارس في جوة a مستراح بعض الامراء فقتل هناك، وتكاثرت عليهم العساكر فولي الفرنج منهزمين الي البلد وقتل عسكر حماة عدة منهم، فلما اصبح الصباح علّق الملك المظفر صاحب حماة عدة من روس الفرنج في رقاب خيلهم التي كسبها العسكر منهم واحضر ذلك الي السلطان الملك الاشرف، واشتدّت مضايقة العسكر

صادفت حجرا لو كنت تضربه من لومه لما انبجسا،

faxo: "Offendas lapidem [hominem avarum] quem fi vel verberes, at is tamen non rumpatur: tam fordidus et tenax eft."

nullam aliam fuerant. Ordiebantur Muſlemi obſidionem ineunte huius anni menſe quinto (67) gravemque inſtruebant pugnam. At Franci viciſſim, confiſi viribus ſuis, non claudebant portas ſuas, ſed ex apertis erumpentes adverſa ferebant armis arma. Hamatenae copiae in hac quoque expeditione conſultum ſuum locum, frontem dextrae alae, obtinebant, et ſic erant collocatae, ut, adverſae urbi, proximum ad dextram mare haberent. Quod illos maximopere moleſtabat. Navigia enim illuc aderant tignis et aſſeribus ad inſtar plutei aut vineae tecta, et deſuper bubalorum tergoribus amicta; unde nos hoſtis tam ſagittis, quam catapultis, feriebat. Qua ratione nobis non tantum e directo cum oppidanis, ſed etiam a latere cum maritimis hoſtibus pugnandum erat. Maximam creabat nobis moleſtiam illa Boſta (68), machina onerata, e qua nos et tentoria noſtra impetebant et quatiebant ſatis diu, donec tandem, ſecunda fortuna, nocte quadam navigium illud cum machina ſua ſurſum deorſumque a ſaevientibus ventis iactatum diſſolveretur, et deſtructa machina neque reſtaurari, neque contra nos dirigi porro poſſet. E terra quoque ſtudebant Franci, ſed non meliore cum ſucceſſu, ſecuros in caſtris nos obruere. Facta enim eruptione, nocte quadam, tenebrarum beneficio ſe penetrabant in caſtra noſtra, poſt confoſſas et diſſipatas primas cuſtodias. (69) Verum per caliginem impliciti tentoriorum funibus excitabant tumultum; a quo concurrentes noſtri repellebant eos in urbem, haud paucis multatos, et inter eos equite quodam, qui per errorem noctis illapſus in foveam, in quam milites alicuius Emiri ventrem ibant exoneratum, protinus ibi deprehenſus et confoſſus peribat. Non paucos de his nocturnis incurſoribus peremerunt Hamateni, et altero mane iubebat Malec el-Manſur, Hamatae dominus, equorum nonnullos, quos ceperant, ad Aſchrafum adduci, habentes occiſorum aliquot Francorum, ſuorum quondam herorum, capita de cervicibus appenſa. Obſidio, ut paret, acerrima continuata

العسكر لعكا حتي فتحها الله تعالي لهم في يوم الجمعة السابع عشر من جمادي الاخرة بالسيف ، ولما هجمها المسلمون هرب جماعة من اهلها في المراكب ، وكان في داخل البلد عدة ابرجة عاصية بمنزلة قلاع دخلها عالم عظيم من الفرنج وتحصّنوا بها ، وقتل المسلمون وغنموا من عكا شيا يفوت الحصر من كثرته ، ثم استنزل السلطان جميع من عصي بالابرجة ولم يتاخر منهم احد ، فامر بهم فضربت اعناقهم عن اخرهم حول عكا ، ثم امر بمدينة عكا فهدمت الي الارض وبكّت دكّا ، ومن عجايب الاتفاق ان الفرنج استولوا علي عكا واخذوها من صلاح الدين ظهر يوم الجمعة سابع عشر جمادي الاخرة سنة سبع وثمانين وخمسماية واستولوا علي من بها من المسلمين ثم قتلوهم ، فقدر الله عزّ وجلّ في سابق علمه انها تفتح في هذه السنة في يوم الجمعة سابع عشر جمادي الاخرة علي يد السلطان الملك الاشرف صلاح الدين ، فكان فتوحها مثل اليوم الذي ملكها الفرنج فيه وكذلك لقب السلطانين *

ذكر فتوح عدة حصون ومدن ، لما فتحت عكا القي الله تعالي الرعب في قلوب الفرنج الذين بساحل الشام ، فاخلوا صيدا وبيروت وتسلمهما الشجاعي في اواخر رجب ، وكذلك هرب اهل مدينة صور ، فارسل السلطان وتسلّمها ، ثم تسلّم عثليث في مستهلّ شعبان ، ثم تسلّم انطرطوس في خامس شعبان ، جميع ذلك في هذه السنة (اعني سنة تسعين وستماية) ، واتفق لهذا السلطان من السعادة ما لم يتفق لغيره من فتح هذه البلاد العظيمة الحصينة بغير قتال ولا تعب ، وامر بها فخرّبت عن اخرها ، وتكاملت بهذه الفتوحات جميع البلاد الساحلية للاسلام ، وكان امر لا يطمع فيه ولا يرام وتطهّر الشام والسواحل من الفرنج بعد ان كانوا قد اشرفوا علي اخذ الديار المصرية وعلي ملك

دمشق

fuit usque ad diem Veneris decimum septimum sexti mensis (70), quo divina indulgente clementia Muslemi urbem obrutam effringebant. Naviurn quidem beneficio evadebant Francorum quidam, alii tamen permulti peribant, praesertim, ut statim dicemus, qui se in turres receperant admodum munitas et castellis haud absimiles, quarum plures passim per eam urbem exstabant. Interea caede rapinisque grassabantur Muslemi, praedam cogebant haud facile numero modove comprehendendam, donec et pervicaces illos, qui turribus se tueri indeque contra pugnare ausi fuerant, detraherent tandem, eductosque foras circa muros Ptolemaidis ad unum omnes obtruncarent. Vltimo urbis ipsa moles humi strata et pulveris adinstar comminuta fuit. Mirari licet congruam in casibus huius urbis fatalem fortunam. Franci eam, Salah-ed-dino Iosepho Eiubidae ademtam occupabant medio die Veneris, decimo septimo sexti mensis anni DLXXXVII, et, quos intus deprehendebant, Muslemos iugulabant. Deus itaque, iustus vindex, decernebat iis aeterna sua rerum omnium praescientia hanc poenam, ut hoc anno DCXC eodem die, tam septimanae, quam mensis, et ab imperatore superiori cognomine, Salah-ed-dino quodam, scilicet Malec el-Aschrafo Salah-ed-dino, idem supplicium subirent.

Insignem hanc victoriam prono quasi alveo sequebantur aliae arces atque urbes. Franci enim, immisso coelitus terrore corda quassati, Saidam [vel Sidonem] et Bairutum evacuabant, quas exeunte septimo mense occupabat Schagai (71), ut et Sur [seu Tyrum], cuius incolae Franci aufugiebant, nec non ineunte octavo mense Atlit, et quinto eiusdem Antartusam.

Huic itaque Sultano contingebat felicitas, quae nulli alii, ut absque multo labore et crudele bello tot munita loca subigeret et devastaret, et totam paene maritimam oram Islamismo rursus adiungeret, et a Francis repurgaret, qui iam eo excesserant potentiae, ut parum abesset, quin Aegyptum simul Damascumque

دمشق وغيرها من الشام ، فلله الحمد والمانّة *b* علي ذلك * ولما تكاملت هذه الفتوحات العظيمة رحل السلطان الملك الاشرف ودخل دمشق واقام مدة ثم عاد الي الديار المصرية ودخلها في هذه السنة *

وفيها لما كان السلطان محاصرا لعكا سعي علم الدين سنجر الحموي المعروف بابي خرص بين السلطان وبين حسام الدين نايب السلطنة بدمشق ، فخاف حسام الدين لاجين وقصد ان يهرب ، وعلم به السلطان فقبض عليه وعلي ابي خرص وقيّدهما وارسلهما فحبسا *

وفيها ولّي السلطان علم الدين سنجر الشجاعي نيابة السلطنة بالشام موضع حسام الدين لاجين *

وفيها في ربيع الاول مات ارغون ملك التتر ابن ابغا بن هولاكو بن طلو بن جنكزخان ، وكانت مدة مملكته نحو سبع سنين ، ولما مات ملك بعدة اخوه كنختو ابن ابغا ، وخلف ارغون ولدين هما قازان وخربندا ، وكانا بخراسان ، ولما تولي كنختو افحش في الفسق واللواط بابناء المغل ، فابغضوه علي ذلك وفسدت نياتهم فيه *

وفيها قتل تلابغا بن منكوتمر بن طغان بن باطو بن دوشي خان بن جنكزخان ، وقد تقدّم ذكر ملكه في سنة ست وثمانين وستماية ، قتله نغيه ، وجلس بعده في الملك طقطغا بن منكوتمر بن طغان اخو تلابغا المذكور ، ورتّب نغيه اخوة طقطغا معه وهم صرلك وصراي بغا وتدان *

وفي اوايل هذه السنة (اعني سنة تسعين) تكمّلت عمارة قلعة حلب ، وكان قد شرع قرا سنقر في عمارتها في ايام السلطان الملك المنصور فتمّت

d) تيابست C. L. تباسبت

e) Pro secundo حلت malim خلت cassata sunt. *f*) خرص C. L. حرض

g) تساعي h. est *nonarium*. Forte *echarpe de neuf aunes*.

h) خياصة alias خباصة Sed alio loco infra erit quoque plural. خوايض

ſcumque ceterasque Syriae provincias abſumerent. Cuius tanti beneficii deo debitas habemus dicimusque laudes et gratias. Peractis itaque rebus tam glorioſis et felicibus redibat Sultan Malec el-Aſchraf Damaſcum, ubi quum exegiſſet aliquantum temporis repetebat Aegyptum eodem adhuc anno.

Eodem, quum Sultan Ptolemaidem adhuc obſideret, deferebat apud ipſum Alm-ed-din Sangar Hamatenus, vulgo Abu-Charas dictus, Sultanatus apud Damaſcenos vicarium, Huſam-ed-dinum Laginum. Quod hic ſubodoratus tentabat aufugere. Sed fruſtra. Nam cognita eius hac molitione comprehendebat eum Sultan, ſimulque delatorem eius, Abu-Charaſum, et mittebat ambos compeditos in fidem cuſtodiam. Dignitas Lagini, praefectura nempe Syriae, data fuit Alm-ed-dino Sangaro Schagaïco.

Eiusdem anni menſe tertio deceſſit Argun, rex Tatarorum, filius Abogae, filii Hulacui, filii Tului, filii Genkizchani; poſt ſeptem fere annos in imperio exactos. Frater ei ſuccedebat Canachtu, extruſis Arguni geminis filiis, Cazano, et Charbanda, qui ambo in Choraſana degebant, cui eos a patre praefectos fuiſſe ſupra vidimus. Sed Canachtu nova poteſtate ad turpia et nefanda quaevis et corrumpendos Mogolorum pueros abuſus, odia ſuorum contrahebat, fidemque ſuſpectam.

Eodem occiſus fuit a Nogaiho Talaboga, filius Mangutimuri, filii Tagani, filii Batui, filii Duſchi Chani, filii Genkizchani, qui quomodo ad imperium in Tataros ſeptentrionales pervenerit, diximus ſub annum DCLXXXVI. Sufficiebat ipſi percuſſor Nogaih fratrem eius Tactogam, ceteros autem fratres, id eſt, Sorlucum, et Saraibogam, et Tadanum, apponebat idem ipſi regni conſortes.

Hoc ipſo anno DCXC ineunte perfecta fuit arcis Halebenſis ſtructura, quam olim devaſtaverat Hulacu, quum ea urbe potiretur anno DCLVIII, adeoque manſerat triginta tres prope-

فتمّت في ايام الملك الاشرف فكتب عليها اسمه ، وكان قد خرّبها هولاكو لما استولي علي حلب في سنة ثمان وخمسين وستماية ، فكان لبثها علي التخريب ، نحو ثلث وثلثين سنة بالتقريب ۞

ثم دخلت سنة احدي وتسعين وستماية ، ذكر فتوح قلعة الروم ، في هذه السنة سار السلطان الملك الاشرف من مصر الي الشام وجمع عساكره المصرية والشامية ، وسار الملك المظفر محمود وعمه الملك الافضل الي خدمته والتقياه بدمشق وسارا في خدمته وسبقاه الي حماة ، فاهتمّ الملك المظفر صاحب حماة في امر الضيافة والاقامة والتقدمة ، ووصل السلطان الي حماة وضرب دهليزه في شماليها عند ساقية سلمية ومدّ له الملك المظفر سماطا عظيما بالميدان ونصب خيما تليق بنزول السلطان ، فنزل السلطان الملك الاشرف بالميدان وبسط بين يدي فرسه عدة كثيرة من الشقق الفاخرة ، ثم دخل السلطان الي دار الملك المظفر بحماة ، فبسط الملك المظفر بين يدي فرسه بسطا ثانيا وقعد السلطان بالدار ، ثم دخل الحمام ثم خرج وجلس علي جانب العاصي ثم راح الي الطيّارة التي علي سور باب البقعي *d* المعروفة بالطيارة الحمري فقعد فيها ، ثم توجه من حماة وصاحب حماة وعمه في خدمته الي المشهد ثم الي الحمام والزرقا بالبرية فصار

i) تلكش Forte, *fica εγκολπιος.* *k*) عنبرينا Forte, *pyxis ambrae.*

l) رقبة Forte, *ſtapes.* كنبوش Forte, nutans illa criſta ex pilis facta et capiti equi inter aures impoſita.

m) العراحة aut الطرافة, non potui diſtinguere utrum eſſet, ſed neutrum intelligo.

n) الحجارين rel. corrupta. Num الحجارون في النقوب aut في النقب

modum annos deiecta. Cara Soncor eam quidem iam ſub praecedentis Sultani, Malec el-Manſuri Calavuni, regno inſtituerat reſtaurare: quia vero ſub praeſente, Malec el-Aſchrafo, demum perficiebatur, inſcriptum huius, Aſchrafi, quoque nomen ipſi fuit.

Anno DCXCI [qui die 23 Decembr. A. C. 1291 coepit] expugnata fuit Calaat er-Rum. Nimirum exibat Aſchraf hoc anno Miſra in Syriam, ubi copias utriusque provinciae, Miſrenſes Syrosque, contrahebat, et coram advenientes Hamatae principes, Malec el-Modafferum, eiusque patruum, Malec el-Afdalum, excipiebat Damaſci. Pergebat inde Hamatam, quo ipſum dicti principes praeverterant. Et Malec el-Modaffer quidem, ut urbis dominus, curabat interea, donec ipſe adveniret, qua digna ratione auguſtum hoſpitem in urbe et arce ſua exciperet victumque ipſi et comitatui neceſſarium, et oblationes decoras. Praeſenti tandem auguſto erigebatur ſuum tentorium in parte urbis ſeptentrionale, apud aquaeductum Salamiae: praeterea magnum convivium, et tentoria aula Sultanica digna inſtruebantur in Maidano [ſeu area publica vel hippodromo], totaque iſta via, quae ex praetorio ad hippodromum equitanti emetianda erat, inſternebatur telis panni pretioſiſſimi. Pari modo, quum Sultan inde ad Modafferi aedes tenderet, ſubſternebantur eius equo aliae telae ſimiles. Ingreſſus Hamatenam arcem Sultan, poſtquam requieviſſet aliquantum, intrabat balneum. Inde ad ripam Aſii [vel Orontis] conſidebat. Inde ad T'aiaram (72), quae eſt ſuper muro portae Iacaki, et vulgo T'aiarat el-Hamra [ſeu aucupium rubrum, vel ſpecula rubra] vocatur, adſcendebat, in eaque conſidebat aliquamdiu. Inde exibat, in comitatu Modafferi et Afdali, ad Maſchhad [ſeu martyreum*] item ad Hamam et Zarcaam,** in Baria [ſeu plana deſertaque Campania], ubi per-

* Sed neſcio cuius.

** Sunt procul dubio nomina locorum non valde nobilium. Prius notat *thermas*, alterum *aquam limpidam et coeruleam.*

فصاد شيا كثيرا من الغزلان وحمير الوحش ، واما العسكر فسارت علي السكة e الي حلب ، ثم وصل السلطان الي حلب وتوجّه منها الي قلعة الروم ونازلها في العشر الاول من جمادي الاخرة من هذه السنة ، وهي حصن علي جانب الفرات في غاية الحصانة ، ونصب عليه المناجنيق ، وهذا الحصار ايضا من الحصارات التي شاهدتها ، وكانت منزلة الحمويين علي راس الجبل المظلّ علي القلعة من شرقيّها ، فكنّا نشاهد احوال اهلها في مشيهم وسعيهم في القتال وغيرها واشتدّت مضايقتها ودام الحصار وفتحت بالسيف يوم السبت حادي عشر رجب من هذه السنة وقتل اهلها ونهبت ذراريهم ، واعتصم كيناغيكوس e خليفة الارمن المقيم بها بالقلّة f ، وكذلك اجتمع بها من هرب من القلعة ، وكان منجنيق الحمويين علي راس الجبل المظلّ علي القلعة ، فتقدّم مرسوم السلطان الي صاحب حماة ان يرمي عليهم بالمنجنيق ، فلما وترناه لنرمي عليهم طلبوا الامان من السلطان ، فلم يومنهم الّا علي ازواجهم g خاصّة وان يكونوا اسري ، فاجابوا الي ذلك واخذ كيناغيكوس وجميع من كان بقلّة القلعة اسري عن اخرهم ، ورتب السلطان علم الدين سنجر الشجاعي لتحصين القلعة واصلاح ما خرب منها ، وجرّد معه لذلك جماعة من العسكر ، واقام الشجاعي وعمّرها واحصنها الي الغاية القصوي ،

ورجع

o) الي قلعة صهيون defunt in cod. L. p) فركب C. L. فرك

q) Vox بن forte eiicienda. r) Forte الي اوايل ربيع الاخر من هذه

s) المذكور deerat cod. L. t) السلعوس C. L. اللعوس

u) وسرنا C. L. وسوينا x) مقنية Num recte?

permultum capiebat gazellarum et onagrorum. Interim recta via pergebant copiae Halebum, quo eas ſequebatur Sultan, qui deinceps adverſus Calaat er-Rum movebat, et eam prima decuria dierum ſexti menſis huius anni machinis impetebat. Eſt id caſtrum in Euphratis ripa longe munitiſſimum. Ego ipſe quoque etiam huic interfui obſidioni; et, quoniam ſtatio Hamatenorum erat in vertice montis, caſtro ab oriente imminentis, poteramus omnes praeſidiariorum actiones, molimina, greſſum curſumque atque contentionem, exacte obſervare. Perdurabat obſidio usque ad diem Sabbati, undecimum ſeptimi menſis, quo caſtrum armata manu fuit expugnatum, viri ceciderunt, feminae atque liberi ceſſerunt in captivitatem. Kinagicus autem, legatus Armeni ea in arce conſtitutus, recipiebat ſe cum ſuis, qui ex arce, dum expugnabatur, ſalvi potuerant evadere, in verticem montis. Sed haud reſiſtebant diu, neque proficiebant eo multum. Nam quum nos Hamateni, in vertice montis oppoſiti conſtituti, iam tenderemus, ex auguſti mandato, machinas noſtras ad moles in hoſtem eiaculandas, petebant pacem, promittebantque deditionem. Alias tamen a Sultano conditiones non impetrabant, quam ut, ſoſpite corpore atque ſpiritu,* captivi belli eſſent. Itaque, cum eo conſenſiſſent, captus fuit Kinagicus et eius turba. Confecta ſic illa expeditione redibat Sultan Halebum, poſtquam in arce recens acquiſita Alm-ed-dinum Sangarum Schagaïcum cum delecta manu reliquiſſet, quo nempe robuſtis operibus arcem communiri, et quae per obſidionem corrupta deiectaque fuerant, refici curaret. Quod ille quoque tam diligenter curavit, ut iam ſit arx, quam fieri poteſt, munitiſſima,

* Verti ac ſi legeretur أزواجهم At in Arabicis eſt أزواجهم vnde ſenſus emergeret hic: *ut retinerent uxores ſuas nominatim;* ne ſcilicet ſeparentur a ſuis maritis, cum excluſione liberorum, quos liceret vendere. Hoc improbabile mihi fuit viſum.

ورجع السلطان الي حلب ثم الي حماة وقام الملك المظفر بوظايف خدمته، ثم توجّه السلطان الي دمشق وصام بها رمضان وعيّد بها ثم سار الي الديار المصرية *

وفيها هرب حسام الدين لاجين الذي كان نايبا بالشام من دمشق لما وصل السلطان الي دمشق عايدا من قلعة الروم، وكان حسام المذكور قد اعتقله السلطان وهو نازل علي حصار عكا ثم افرج عنه في اوايل هذه السنة (اعني سنة احدي وتسعين) وسار مع السلطان الي قلعة الروم وعاد معه الي دمشق، ولما وصل اليها استوحش من السلطان وهرب منه الي جهة العرب، فقبضوه واحضروه الي السلطان، فبعث به الي قلعة الجبل بديار مصر فحبس بها *

وفيها استناب السلطان بدمشق عز الدين ايبك الحموي وعزل علم الدين سنجر الشجاعي *

وفيها عند عود السلطان الي حلب من قلعة الروم عزل قرا سنقر المنصوري عن نيابة السلطنة بحلب واستصحبه معه وولّي موضعه علي حلب سيف الدين بلبان المعروف بالطباخي، وكان المذكور نايبا بالفتوحات وكان مقامه بحصن الاكراد، فعزله وولّاه موضع قرا سنقر في نيابة السلطنة بحلب وولّي الفتوحات طغريل الايغاني h موضع الطباخي ثم عزله بعد مدة وولي موضعه عز الدين ايبك الخزندار المنصوري *

فيها

y) الجروخ C. L. الحروخ Reformari ex Saladini vita p. 35 f. et 80. 135. 142. ubi *catapultae* vertitur.

z) بسطة Forte بطشة Nisi illud idem fit, quod *fuste, fuste des Corsaires*, navigium cum remis.

tiſſima, et inſultui cuicunque par. Sultan autem interea per Halebum repetebat Hamatam, ubi Malec el-Modaffer omnibus officii hoſpitiique muneribus defungebatur; denique Damaſcum redibat, ubi nonum menſem ſacro ieiunio deſtinatum religioſus exigebat, et hilarem feſtivitatem Deieiunationis, quae in Cal. decimi menſis incidit, celebrabat; et tandem in Aegyptum revertebatur.

Quum vero Damaſcum perveniſſet, aufugiebat inde Huſam-ed-din Lagin ille, quem ſuperiore anno dicebamus a Sultano, Ptolemaidem obſidente, Syriae praefectura exutum, et in cuſtodiam miſſum fuiſſe; unde ipſum Sultan ſub initium huius anni dimiſerat, et comitem expeditionis, de qua modo narravimus, adverſus Calaat er-Rum, ſecum ſumſerat, et ſecum quoque Damaſcum reduxerat. Ibi vero concipiebat Lagin aliquam ſuſpicioſam et metus plenam a Sultano averſationem, ob quam ad Arabes ſcenitas confugiebat. Sed Arabes eum comprehenſum coram Sultano exhibebant, qui hominem in vinculis Miſram ad arcem montanam ablegabat.

Eodem removebat Sultan a Damaſci praefectura Alm-ed-dinum Sangarum Schagaïcum, eique ſufficiebat Azz-ed-dinum Ibecum Hamatenum.

Pariter, Halebi dum agebat Sultan, ab expeditione redux, adimebat eius urbis praefecturam Cara Soncoro Manſurico, [ſeu patris ſui quondam mamluco] eumque ſecum in Aegyptum ſumebat. Eius autem in loco conſtituebat Saif-ed-dinum Ballabanum Tabbachium, qui hactenus Fatuhat gubernaverat, [ſeu recens recuperatas de Francis Palaeſtinae urbes] et in Heſn-el-Acrad conſueverat reſidere. Sic ergo vacuata haec Conquaeſtionum gubernatio conferebatur primum quidem in Togrilum Iganenſem, deinceps autem, iſto amoto, in Azz-ed-dinum Ibecum Chazandarum [ſeu theſaurarium] Manſuricum.

وفيها بعد وصول السلطان الي مصر قبض علي شمس الدين قراسنقر الاشقر وجرمك ، وكان قد قبض علي طقصو بدمشق ، وكان اخر العهد بهم ❁

ثم دخلت سنة اثنين وتسعين وستماية ، ذكر احضار صاحب حماة وعمه علي البريد الي مصر ثم مسيرهما من مصر مع السلطان الملك الاشرف الي الشام والقبض علي اولاد عيسي ، في هذه السنة في جمادي الاولي ارسل السلطان الملك الاشرف واحضر الملك المظفر محمود صاحب حماة وعمه الملك الافضل عليّ علي البريد الي الديار المصرية ، فتوجها من حماة وعندهما الخوف بسبب طلبهما علي البريد ووصلا الي قلعة الجبل في اليوم الثامن من خروجهما من حماة ، وحال وصولهما شملتهما صدقات السلطان وامر بهما فادخلا الحمام بقلعة الجبل وانعم عليهما بملبوس يليق بهما واقاما في الخدمة اياما ، ثم خرج السلطان علي الهجن الي جهة الكرك وسارت العساكر علي الطريق الي دمشق واركب صاحب حماة وعمه الهجن صحبته لانهما حضرا بمصر علي البريد ولم يكن معهما خيل ولا غلمان ، فرسم السلطان لهما بما يليق لهما من الهجن والغلمان ورتب لهما الماكول والمشروب وما يحتاجان اليه ، فسارا في خدمته الي الكرك ولاقتهما تقادمها الي بركة زيزا ، فقدّماها وقبلها السلطان وانعم عليهما ، وسار السلطان ودخل دمشق ، ثم سار السلطان عن دمشق علي البرية متصيّدا ووصل الي الغرملس ؛ وهو جغار في طرف بلد حمص من الشرق ونزل عليه ، وحضر الي الخدمة هناك مهنّا بن عيسي امير العرب واخواه محمد وفضل وولده موسي بن مهنا ، فقبض

Damaſci agens cuſtodiae mandabat Sultan Tocſarum; cui addebat tandem Miſram relatus Schams-ed-dinum Soncorum Aſchcarum, et Germucum. Fuere tum omnes ultimum conſpecti.

Anno DCXCII [qui die 11 Decembr. A. C. 1292 coepit] requirebat Sultan Malec el-Aſchraf menſe quinto Hamatae dominum Malec el-Modafferum, et eius patruum, Afdalum, patrem meum, flagitans, ut absque mora ſuper Barido [ſeu veredo auguſto] Miſram protinus adeſſent. Terrebat eos quidem, ut par eſt, quod ſine mora et ſuper Barid ſtante pede, absque ullo apparatu ire iubebantur. Sed eundum erat. Celerrimo itaque iſto vehiculo perveniebant in arcem montanam octavo die poſtquam Hamata exceſſerant. Vt primum eo venerant, complectebatur ambos auguſti clementia, mittens eos in arcis balneum, veſtesque principibus viris dignas largiens. Poſt aliquot in aula et comitativa exactos dies, exibant cum Sultano ſuper Hogón verſus Caracam, exercitu interea conſuetam viam verſus Damaſcum perſequente. Principes enim iſti ſubito evocati, et iumentis imperatoriis vecti, neque equos, neque ſervos, ſecum habebant. Vtrumque autem Sultan ipſis pro ipſorum dignitate ſubminiſtrabat, ut et quod ederent atque biberent, verbo, quibus opus habebant. Sic ergo pergentes offendebant munera, quae in oblationem Sultano deſtinaverant, apud lacum Ziza. Neque dedignabatur Sultán oblata; ſed aliis potius beneficiis compenſabat. Inter haec Damaſcum veniebant. Inde venatum exibat Sultan in Campaniam, et ad Farfalis delatus (terrae ea eſt profunda et vaſta vorago haud procul Hemſa in orientem diſtans) offendebat Mahannam, filium Iſa, Emirum Arabum, qui eo venerat, officium Sultano ſuum teſtaturus, una cum fratribus, Muhammede, et Fadlo, item cum filio, Muſa. Verum Sultan haud ſane benigne accipiebat eos, ſed potius correptos et compeditos omnes Miſram in arcem montanam ablegabat. Inde

فقبض السلطان علي الجميع وارسلهم الي مصر فحبسوا في قلعة الجبل، فوصل السلطان الي القصب واعطي صاحب حماة الدستور، فحضر الي بلده، واما عمه الملك الافضل فانه كان قد حصل له تشويش لما كان السلطان بخميجل * وما حواليها، فاعطاه السلطان الدستور، فارسل والدي الملك الافضل تقدمة ثانية معي الي السلطان ولم يقدر والدي علي الحضور بسبب مرضه، فاحضرت التقدمة الي السلطان الملك الاشرف وهو نازل علي القصب، فقبلها وارتحل وعاد الي مصر فوصل اليها في رجب من هذه السنة *

ذكر مسير العساكر الي حلب، وفي هذه السنة بعد وصول السلطان الي مصر كان قد اخّر بعض العسكر المصري علي حمص، فتقدّم اليهم والي صاحب حماة وعمه الملك الافضل بالمسير الي حلب والمقام بها لما كان فيها من ارهاب العدوّ، فسارت العساكر اليها وخرج الملك المظفر محمود وعمه الملك الافضل معهم من حماة يوم الجمعة خامس عشرين شعبان من هذه السنة ودخلوا حلب يوم الثلثا تاسع عشرين شعبان من هذه السنة الموافق لرابع شهر اب واقاموا بها *

ذكر مسير الملك الافضل الي دمشق ووفاته بها، في هذه السنة في ذي القعدة سار والدي الملك الافضل نور الدين علي بن الملك المظفر محمود بن الملك المنصور محمد بن الملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب من حلب الي دمشق وتوفي بها في اوايل ذي الحجة من هذه السنة (اعني سنة اثنين وتسعين وستماية)، وكان مولده في اواخر سنة خمس وثلثين وستماية، وكان سبب مسير الملك الافضل الي دمشق انه لما كان هو والملك المظفر في صحبة السلطان

pergebat ad Caſab [ſeu Arundinetum] ibique licentiam dabat Hamatae domino. Redibat igitur ille domum, ſed ſolus. Patri enim meo, Malec el-Afdalo iam in Chabigel fecerat Sultan affectationis veniam, quum ibi locorum verſaretur, propter aliquam, quae ipſi contigerat, corporis conturbationem. Pater itaque meus, gratum animum Sultano declaraturus, mittebat me cum fecundis donis, quae auguſto apud Arundinetum verſanti exhibebam non ingrata. Inde Miſram redibat huius anni ſeptimo menſe, relinquens apud Hemſam exercitus Miſrenſis aliquam partem, cui, ut et Hamatae domino, Malec el-Modaffero, nec non patri meo, Halebum ire imperabat, ibi excubitum, quandoquidem hoſtis motus faceret non contemnendos.* Movebamus igitur Hamata die Veneris, vigeſimo quinto menſis octavi, et die Martis, vigeſimo nono eiusdem perveniebamus Halebum, qui dies incidit in quartum menſis Ab. Manebamus ibi aliquamdiu, ſed pater meus, Malec el-Afdal, non item; Damaſcum enim ipſi eundem erat, ubi vitae finem invenit. Nimirum quum ineunte hoc anno, quemadmodum paullo ante narrabamus, Sultanum, Malec el-Aſchrafum, una cum Malec el-Modaffero, Caracam ſuper camelis clitellariis comitatus fuiſſet, ibat Sultan eo in itinere venatum, in minimo comitatu, non ſumens ſecum niſi lectos quosdam Chaſekitarum [familiariſſimorum], et patrem meum, omiſſo eius nepote, Modaffero; ideo, quia ſermones eius, et peritia thoum [ſeu luporum cervariorum, et modi cum iis venandi] et omnis in univerſum venaturae, maxime ipſi placebant. Vnde quoque fiebat, ut Sultan tum temporis erga ipſum in haec erumperet verba benevolentiae plena: O Ala-ed-din, venies ad me in Aegyptum tempore venationi apto, quo poſſis ea in re operam mihi praeſtare. Amo certe tuam conſuetudinem. Adhaec oſculabatur Afdal terram, et pia faciebat vota pro

* Poterat quoque reddi; *et ad hoſtem illinc terrendum, cuius rei commoda ibi erat occaſio.*

السلطان لما سار علي الهجن من مصر الي الكرك في اوايل هذه السنة حسبما ذكرناه صار السلطان ينفرد للصيد ولا يستصحب الاّ بعض من يختاره من الخاصكية ووالدي الملك الافضل خاصّة دون ابن اخيه صاحب حماة ، واعجب السلطان حديث الملك الافضل المذكور وخبرته بامر الفهود والصيد ، فقال السلطان في تلك الايام للملك الافضل المذكور يا علاء الدين ! ما تحضر الي ديار مصر في ايام الصيد لتكون معي في صيودتي فقد حصل الانس بك ، فقبّل الملك الافضل الارض ودعي للسلطان علي تاهيله لذلك ، فلما سار الملك المظفر صاحب حماة وعمه الملك الافضل الي حلب واقاما بها من سلخ شعبان الي اوايل ذي القعدة ودخل تشرين وأن وقت الصيد وصل مرسوم السلطان الي الملك الافضل يطلبه الي الابواب الشريفة بالديار المصرية ، فسار الملك الافضل من حلب في ذي القعدة ولم يستصحب احدا من اولاده معه ، وكنّا ثلثا مجرّدين بحلب مع ابن عمنا الملك المظفر صاحب حماة ، وتوجّه والدنا بمفرده وسار الي دمشق ، فمرض في اثناء الطريق ووصل الي دمشق وقد اشتدّ به المرض ، ففصد فضعفت قوّته واشتدّ المرض به حتي توفي ، ونقل الي حماة ودفن بها ، ووصلنا الخبر ونحن بحلب ، فعملنا عزاه ، واشتمل الملك المظفر علينا واحسن الينا *

وفيها افرج السلطان عن بدر الدين البيسري وكان له في الاعتقال نحو ثلث عشر سنة *

وفيها افرج عن حسام الدين لاجين المنصوري الذي كان نايبا بالشام *

وفيها اعطيت العساكر الدستور ، فعدنا الي حماة واعطيني ابن عمي الملك المظفر امرة طبلخاناة واربعين فارسا ✡

ثم

pro vita et incolumitate auguſti, propter tam honorificum et benignum eius de ſe iudicium, quo ſe tanto dignum honore declaret. Quum ergo pater meus, et eius nepos, Modaffer, cum ſuis ceterisque copiis Halebi excubaſſent, a fine menſis octavi inde usque ad initium undecimi, et iam cum Tiſrino menſe veniret quoque tempeſtas venaturae, aderat auguſti mandatum, quod patrem meum ad portas excelſas evocabat. Ibat itaque pater Halebo Damaſcum, undecimo menſe, ſed ſolus, nos ternos fratres, filios ſuos, et affinem noſtrum, Modafferum, in ſtativis relinquens. Verum in via morbus eum invadebat, quo iam fractus Damaſcum perveniebat. Adminiſtrabatur quidem ipſi venae ſectio, verum ea magis ipſum debilitabat, et creſcente morbo ſubrepebat ipſa mors, ineunte menſe undecimo. Cadaver Hamatam referebatur, et ibi condiebatur humo. Quod quum comperiſſemus, inſtituebamus conſuetam publice teſtandi moeroris et accipiendarum conſolationum caerimoniam. Dolorifica profecto iactura, niſi affinis noſter, Malec el-Modaffer, benevolentia ſua nos complexus, tanquam pater, foviſſet. Erat pater noſter, Malec el-Afdal Nur-ed-din*-Ali, filius Malec el-Modafferi Mahmudi, filii Malec el-Manſuri Muhammedis, filii Malec el-Modafferi Taki-ed-dini Omari, filii Schahinſchahi, filii Eiubi, natus anno DCXXXV ad finem vergente.

Eodem laxabat Sultan Bedr-ed-dino Baiſarico carcerem, quem per tredecim ferme annos incoluerat; ut et Huſam-ed-dino Lagino, qui legatus in Syria quondam fuerat.

Eodem exeunte accipiebamus Halebo diſcedendi veniam: quo facto Hamatam redibamus, ubi mihi affinis meus, Malec el-Modaffer, Emiratum Tabul Chana, et praefecturam quadraginta equitum attribuebat.

Anno

* Atqui paullo ante erat Ala-ed-din. Vtrum rectius, non dixerim.

ثم دخلت سنة ثلث وتسعين وستماية ، ذكر مقتل السلطان الملك الاشرف ، في هذه السنة في اوايل المحرم قتل السلطان الملك الاشرف صلاح الدين خليل بن السلطان الملك المنصور قلاوون ، وسبب ذلك انه صار من قلعة الجبل الصيد ووصل الي تروجه ونصب الدهليز عليها وركب في نفر قليل من خوّاصه للصيد ، فقصدوه مماليك والده وهم بيدرا نايب السلطنة ولاجين الذي كان عزله السلطان عن نيابة السلطنة بدمشق واعتقله مرة بعد اخري وقرا سنقر الذي عزله عن نيابة السلطنة بحلب ، وانضمّ اليهم بهادور راس النوبة وجماعة من الامراء ، ولما قاربوا السلطان ارسل اليهم اميرا يقال له كرد امير خور ليكشف خبرهم ، فحال وصوله اليهم امسكوه ولم يمكنوه من العود الي السلطان وقاربوا السلطان ، وبينهم مخاضة ، فخاضوها ووصلوا اليه واول من ضربه بالسيف بيدرا ثم لاجين حتي فارق وتركوه مرميّا علي الارض ، فحمله ايدمر الفخري والي تروجه الي القاهرة فدفن في تربته رحمه الله تعالي ، ولا جرم ان الله تعالي انتقم من قاتليه المذكورين معجلا وموجلا m علي ما سنذكره *

ذكر مقتل بيدر n ، ولما قتل السلطان علي ما ذكرناه اتفق جماعة الذين قتلوه علي سلطنة بيدرا وتلقب الملك القاهر وسار نحو قلعة الجبل ليملكها ، واجتمعت مماليك السلطان الملك الاشرف وانضمّوا الي زين الدين كتبغا المنصوري وساروا في اثر بيدرا ومن معه ولحقوهم علي

a) جوة C. L. جورة

b) والمانّة Forte والمنّة ut in vita Saladini p. 40.

Anno DCXCIII [qui die 1 Decembr. A. C. 1293 coepit] ineunte occiſus Sultan Malec el-Aſchraf Salah-ed-din Chalil, filius Sultani Malec el-Manſuri Calavuni. Nimirum inſtituens venationem veniebat Tarugam, ubi Dahliz [ſeu auguſtum tentorium] ipſi erigebatur. Egreſſum autem inde in equo ad venandum cum paucis maxime familiaribus, impetebant paterni aliquot mamluki, nempe Baidara (73), vicarius Sultanatus, et Lagin, quem a praefectura Damaſci amoverat, et aliquoties per vices cuſtodia damnaverat atque laxaverat Sultan; ut et Cara Soncor, Halebenſe praefectura exutus; quibus ſe adiungebat Behadur, magiſter Nubienſium, aliique Emiri bene multi. Quibus accedentibus ad facinus perpetrandum, et haud procul ſe remotis, Sultan aliquem de ſuis baronibus, nomine Cord, Emir achorum [ſeu Comitem ſtabuli] obviam mittebat, cogniturum et deinceps ad ſe relaturum, quid illi ſibi velint. Verum coniurati, Cordi facti compotes, attinebant eum, neque ſinebant ad auguſtum remeare; continuataque inſtituta via, et traiecto vado quodam, quod intercedebat, irruebant in auguſtum, ſtrictoque ipſum enſe feriebant. Primus ipſum vulnerabat Baidara, tum denique Lagin expellebat ferro ſpiritum eius. (74) Cadaver proſtratum eodem in loco relinquebant, quod Tarugae praefectus, Idemor Fachricus, Cahiram deportavit, ubi ſepultum fuit in tymbo, quem vivus ſibi fieri curaverat. Sed brevi poſt, aliqui etiam interiecto tempore, meritas poenas tanti ſceleris dabant percuſſores capite ſuo iuſto vindici deo.

Et primus quidem peremtus fuit, qui primum ictum intulerat, Baidara. Hic enim, a coniuratorum percuſſorum conſenſione Sultanus creatus, ſub arrogato titulo Malec el-Caheri, procedebat iam, arcem montanam occupatum. Verum mamluki aliquot ad peremti familiam pertinentes, congregati ad Zain-ed-dinum Ketbogam Manſuricum, aſſectabantur coniuratorum veſtigia, eosque, ut deprehendebant apud Taranam, die decimo

علي الطرانة في خامس عشر المحرم من هذه السنة واقتتلوا، وانهزم بيدرا واصحابه وتفرّقوا في الاقطار وتبعوا بيدرا وقتلوه ورفعوا راسه علي رمح، واستتر لاجين وقرا سنقر ولم يطّلع لهما علي خبر *

ذكر سلطنة مولانا السلطان الاعظم الملك الناصر، ولما جري ما جري من قتل السلطان الملك الاشرف ثم قتل بيدرا ووصول كتبغا زين الدين والمماليك السلطانيه الي قلعة الجبل وبها علم الدين سنجر الشجاعي نايبا اتفقوا علي سلطنة مولانا السلطان الاعظم الملك الناصر ولد مولانا السلطان الملك المنصور، فاجلسوه علي سرير السلطنة في باقي العشر الاوسط من المحرم من هذه السنة وتقرّر ان يكون زين الدين كتبغا المنصوري نايب السلطنة وعلم الدين سنجر الشجاعي وزيرا وركن الدين بيبرس البرجي الجاشنكير استاذ الدار، وتتبّعوا الامراء الذين اتفقوا مع بيدرا علي ذلك، فظفروا اوّلا ببهادور راس النوبة واقوش الموصلي، فضربت رقابهما واحرقت جثثهما، ثم ظفروا بطرنطاي الساقي والناق ونغيه واروس السلحدارية ومحمد خواجه والطنبغا الجمدار واقسنقر الحسامي، فاعتقلوا بخزانة البنود اياما ثم قطعت ايديهم وارجلهم وصلبوا علي الجمال وطيف بهم وايديهم معلّقة في اعناقهم جزاء بما كسبوا، ثم وقع o قتال الساقي فشنق *

ذكر

c) التخريب Forte التخرّب

d) البققي Num recte?

e) السكة Num recte?

e) كيناغيكوس Mox infra in C. L. erat كيتاغيكوس

f) بالقلّة C. L. في القلعة

quinto primi menſis huius anni, fugabant commiſſo praelio, et quaquaverſum diſſipabant, ipſumque tyrannum fugientem aſſecuti iugulabant, et avulſum ei caput haſta ſublime circumferebant. Lagin autem et Cara Soncor in latebras ſe abdebant tam abſtruſos, ut quo evaſerint cognoſci tum quidem nullo modo potuerit. Victores itaque redeuntes in arcem montanam, quam cuſtodiebat Alm-ed-din Sangar Schagaïcus, vicarius Sultanatus, una cum ſuo duce, Zain-ed-dino Ketboga Manſurico, commune de conſilio Sultanum renuntiabant dominum noſtrum, qui nunc cum maxime felicibus auſpiciis ut Sultanus maximus regnat, Malec en-Naſerum filium Sultani Malec el-Manſuri Calavuni, ſolioque paterno reponebant die uno quodam eorum, qui decimum quintum et vigeſimum primi eiusdem menſi intercedebant. (75) Vicarius Sultanatus deſignabatur Zain-ed-din Ketboga Manſuricus; tum Vezirus, Alm-ed-din Sangar Schagaïcus; denique maior domus Rocn-ed-din Bibars Gaſchnegir [ſeu dapum praeguſtator]. Poſt haec ita conſtituta, prima deinceps cura erat Emiros de factione Baidarae, qui caedis auguſti conſcii participesque fuerant, indagandi et ad meritum ſupplicium corripiendi. Et primis quidem eorum potiebantur Behaduro, magiſtro Nubienſium, et Acuſcho Mauſelenſe, cubiculario, quorum pariter praeſectae cervices et combuſti trunci fuerunt. Tum potiebantur Tarantaio pincerna, et Alnaco et Nogaiho, et Aruſo (76), Salahdaris [vel Selikdaris, ut vulgo pronunciatur, hoc eſt enſiferis], et Muhammede Chovaga [vel, ut vulgus effert, Chogia], et Altunboga Gendaro, et Acſoncoro Huſamico, qui primum quidem cuſtoditi per aliquot dies in Chazanat el-Bonud [ſeu theſauro vexillorum, h. e. armario], deinde vero manibus pedibusque truncati, et collis camelorum appenſi fuerunt, ſic ut artus ſuos truncatos de cervicibus ſuis haberent dependentes, eaque miſerrima ſpecie traducti per Cahiram dederunt ſcelerum ſuorum manibus poenas. Tandem ex alto praecipitatus (77) et deinceps e patibulo ſuſpenſus fuit Kahcar pincerna.

ذكر القبض علي الوزير ابن السلعوس وقتله، وفي هذه السنة اتفق زين الدين كتبغا والشجاعي علي القبض علي شمس الدين محمد بن السلعوس وزير السلطان الملك الاشرف، فقبضا عليه وتولّى الشجاعي فعاقبه واستصفي ماله وقتلوه p، وكان ابن السلعوس المذكور قد بلغ عند السلطان منزلة عظيمة وتمكّن في الدولة وصارت الامور كلها معذوقة به، وكان لابن السلعوس المذكور قرابة واهل بدمشق، فلما صار في هذه المنزلة ارسل واحضر قرايبه من دمشق الي عنده بالديار المصرية، فحضروا الّا شخصا منهم، فانه استمرّ مقيما بدمشق وكتب الي ابن السلعوس

تنبّه يا وزير الارض فاعلم بانك قد وطيت علي الافاعي،
وكن بالله معتصما، فانّي اخاف عليك من نهش الشجاعي *

ذكر قتل الشجاعي، في هذه السنة في صفر حصلت الوحشة بين الامير زين الدين كتبغا نايب السلطنة وبين علم الدين سنجر الشجاعي الوزير، وصار مع كل منهم جماعة من الامراء، ولما جري ذلك نزل زين الدين كتبغا ومن معه من القلعة واستمرّ الشجاعي

g) انرواجهم Forte ارواحهم

h) الايعاني Num recte?

i) الغرفلس quid sibi velit, ignoro.

k) بخبيجل Num recte?

l) علاء الدين Forte نور الدين et delend. ما aut انما legend. aut اما interrogative, *annon?*

Eodem conſpirabant Zain-ed-din Ketboga et Schogagïcus contra Schams-ed-dinum Muhammedem, filium Saluſi, qui Vezirus apud nuper caeſum Aſchrafum fuerat; et ex voto perficiebant in eo deſtinata. Nam poſtquam corporis eius ſe compotes ambo feciſſent, ſuſcipiebat Schoggaïcus in ſe ſolus curam eius torquendi, bonis omnibus privandi, et tandem necandi. Aſcenderat ille vir in magnum gradum auctoritatis et potentiae ſub hero ſuo, in aula valebat omnia, res omnes ab eo dependebant ipſi quaſi alligatae. Mirabile et notatu dignum hoc eſt, iamdudum, antequam haec contingerent fuiſſe unum aliquem affinium eius, qui non tantum de inconſtantia nimiae et incredibilis fortunae ipſum commonuerat, ſed etiam ut ab illo ſibi caveret iuſſerat, a quo deinceps periit. Nam quum Damaſco ſuos affines ad ſe in Aegyptum arceſſeret Ibn es-Salus (78), quo ſuae fortunae potentiaeque fructus ampliores et ex propinquo magis perciperent, omnesque ceteri vocanti obſequerentur, erat unus eorum aliquis, qui non tantum Damaſco nolebat excedere, ſed etiam amico ſequentes verſiculos perſcribebat:

Cautus et vigil eſto, o Vezir [ſeu adminiſtrator] terrae, beneque gnarus et bene memor, te viperas calcare.

Et munito te praeſidio dei; nam ego quidem timeo tibi a morſu Schoggaï.*

Sed neque ipſe diu ſupereſſe aut effugere ſuam ruinam poterat hic Schoggaïcus Vezirus. Naſcebat enim ipſum inter et Emirum Zain-ed-dinum Ketbogam Manſuricum, Naiebum [ſeu Locumtenentem auguſti generalem], huius anni ſecundo menſe quaedam ſimultas, ut unus eorum quisque ſibi factionem ex Emiris compararet. Et cum ſua quidem excedebat Zain-ed-din ex arce, alterumque, qui intus manſerat, cum ſectatoribus eius obſi-

* Elegantiſſimus luſus. Poteſt enim ſimul nomen proprium eſſe, et quoque notare: *magni ſerpentis.*

الشجاعي واصحابه بها وحصره كتبغا وغلب عليه وقتل الشجاعي المذكور وقطع راسه وطيف به في البلد *

وفيها ظهر حسام الدين لاجين وقرا سنقر شمس الدين من الاستتار واخذ لهما خوشدا شهما الامير زين الدين كتبغا الامان من السلطان وقرّر لهما الاقطاعات الجليلة واعزّ جانبهما ۞

ثم دخلت سنه اربع وتسعين وستماية ، ذكر استيلاء زين الدين كتبغا علي المملكة ، في هذه السنة في يوم الاربعا تاسع المحرم جلس الامير زين الدين كتبغا المنصوري علي سرير المملكة ولقب نفسه الملك العادل واستحلف الناس علي ذلك وخطب له بمصر والشام ونقشت السكة باسمه وجعل مولانا السلطان في قاعة بقلعة الجبل وحجب عنه الناس ، ولما تملّك زين الدين كتبغا المذكور جعل نايبه في السلطنة حسام الدين لاجين الذي كان مستترا بسبب قتل السلطان الملك الاشرف علي ما تقدّم ذكره واستقرّ الحال علي ذلك *

ذكر قتل كنخنق ملك التتر وملك q بيدو وقتله ثم ملك قازان ، في هذه السنة في ربيع الاخر قتل كنخنق ابن ابغا بن هولاكو بن طلو بن جنكزخان ، وكان ملكه بعد موت ارغون في ربيع الاول سنة تسعين وستماية ، فيكون مدة ملكه نحو اربع سنين ، وسبب مقتله انه لما افحش كنخنق المذكور بالفسق بابناء المغل شكوا ذلك الي ابن عمه بيدو بن طرغيه بن هولاكو ، فاتفق معهم علي قتل

obſidebat, et potior tandem factus atque compos inimici Schoggaïci, iugulabat eum, curabatque avulſum eius caput in pilo per Cahiram circumferri.

Quo facto rurſus in hominum notitiam et conſpectum prodibat Huſam-ed-din Lagin, et Cara Soncor Schams-ed-din, e latebris, quae illos hactenus tenuerant. Nam qui amborum olim Chuſchdaſch [ſeu commilito] fuerat, nunc victor et absque controverſia rerum omnium gubernator erat Zain-ed-din, is impetrabat ambobus a Sultano delictorum veniam et ſalvum conductum, et inſignes per Aegyptum fundos ipſis tribuebat, magnumque momentum et auctoritatem protectione ſua ipſis addebat. [Satellitibus enim tyrannidis ipſi opus erat, quam meditabatur, et altero etiam anno invadebat.]

Anno enim DCXCIV [qui die 20 Nov. A. C. 1294 coepit] die quodam Mercurii, nono primi menſis, occupabat thronum imperialem Emir Zain-ed-din Ketboga Manſuricus, aſſumtoque titulo Malec el-Adeli (79) curabat ſibi ſacramentum a militia dici, et vota per Aegyptum atque Syriam fieri, ſuumque nomen monetae incudi; herumque iuniorem, cuius tutor erat, in arcis montanae cellam quandam includebat, nemini copiam ad eum adeundi faciens. Novus ille dominus Locumtenentem ſuum nuncupabat illum eundem Huſam-ed-dinum Laginum, qui ob caedem Aſchrafi diu latuerat. Et in his continuatum aliquamdiu fuit.

Eodem occiſus fuit Canachtu, rex Tatarorum, cuius percuſſor, Baidu, ipſi quidem ſucceſſit, verum haud diu, a ſuo ſucceſſore, Cazano, ipſe viciſſim ſublatus. Sed ſingula ſeorſim videamus. Nimirum Canachtu, filius Abogae, filii Hulacui, filii Tului, filii Genkizchani, quum foeda et nefanda quaevis in filios Mogolorum impuberes auderet, quemadmodum iam ſupra notavimus, querebantur Mogoli, tam grave turpeque iugum dedignati, apud eius affinem, Baiduum, filium Taragaihi, filii Hulacui, et cum eo in exitium tyranni conſpirabant. Clam exſequi

قتل كنختق المذكور وقصدوا كبسه وقتله، فعلم كنختق وهرب، فتبعوه ولحقوه بسلاسلار r من اعمال موغان وقتلوه بها في الشهر المذكور، ولما قتل كنختق ملك بعده ابن عمه بيدق بن طرغيه بن هولاكو المذكور وجلس علي سرير الملك في جمادي الاولي من هذه السنة، وكان قازان بخراسان، فلما بلغه ملك بيدق جمع من اطاعه من المغل واهل تلك البلاد وسار الي قتال بيدق، ولما بلغ بيدق مسير قازان اليه جمع وسار الي جهة قازان، اوكان مع قازان اتابكه نوروز، وهو الذي جمع الناس علي طاعة قازان، ولما تقاربا الجمعان علم قازان بان لا طاقة له ببيدق، فراسله واصطلحا وعاد قازان الي خراسان، وامر بيدق ان يقيم نيروز عنده خوفا من ان يجمع العسكر علي قازان مرة ثانية، فرجع قازان الي خراسان واقام نيروز عند بيدق، واخذ نيروز في استمالة المغل الي قازان وافسادهم علي بيدق في الباطن *

ذكر مقتل بيدق وتملك قازان، ولما استوثق نيروز من المغل في الباطن كتب الي قازان بخراسان وامره بالحركة، فتحرك قازان، وبلغ

m) معجلا وموجلا, ut nos dicimus, *citius tardius*. In Hamasa minore: كذلك المنايا عاجلات واجل "ita sunt fata, quaedam cito adveniunt, alia determinato tempore suo."

n) بيدر Forte بيدر

o) وقع Num رُفِعَ

volebant conſilium et ſecurum opprimere. Verum certior iſtorum moliminum factus Canachtu aufugiebat. Perſequebantur itaque fugitivum, et deprehenſum apud Salaſalar, locum provinciae Mugan, occidebant menſe huius anni quarto. Quum Canachtu, quod loco ſuo iam diximus, tertio menſe a. DCXC, poſt fratris Arguni obitum, acceſſerit ad ſummam poteſtatem, conſequitur eum paullo plus quatuor annis eam geſſiſſe. Hoc itaque ſublato conſcendebat Baidu vacuum ſolium, quinto menſe, quod tamen neque diu, neque tranquillum, tenuit. Nam Cazan, Arguni filius, ut audiebat, quomodo affinis Baidu cum ſuo patruo egiſſet, congregabat quotquot faventes ſibi ſuoque ſuppoſitos imperio habebat, tam Mogolos, quam indigenas Choraſanos; iſti enim provinciae praefectus a patre fuerat, ut ſupra diximus; et cum illis promovebat adverſus Baiduum; qui vicissim ſuos educere non cunctabatur. Spectabat itaque res ad pugnae diſcrimen. Cazan autem, ut in mutuos conſpectus ambae partes venerant, intelligens adverſario parem ſe non eſſe, neque aperta vi poſſe quidquam efficere, paciſcebatur cum Baiduo; qui ipſum quidem cum ſuis in provinciam ſuam redire ſinebat, Nairuzum autem penes ſe retinebat, ſummum Cazani ducem, quem ſupra diximus ab Arguno additum filiis eius gubernatorem fuiſſe, quum ad regendam Choraſanam eos ablegaret; nunc autem is idem Cazani partes promoverat et ſuſtinuerat maxime, factionemque ipſi comparaverat, et efficiebat tandem opera et calliditate ſua, quod Cazan efficere per vim nequiverat, ut nempe Baidu poteſtate ſimul et vita excideret. Baidu nempe Nairuzum hunc ideo penes ſe retinebat, quia verebatur ne dimiſſus alterum maioremque Cazano rurſus cogeret exercitum. Sed inutilis erat haec eius providentia, et contra, quam ſperaverat, contingebat. Nairuz enim clam ſatagebat a Baiduo copias eius alienare, ſibi devincire, favoremque ipſorum in herum ſuum convertere; quod quum ipſi non male ſuccederet, ſignificabat ea de re Cazano per

وبلغ بيدو ذلك، فتحدّث مع نيروز في ذلك، فقال نيروز لبيدو ارسلني الي قازان لافرّق جمعه وارسله اليك مربوطا، فاستحلف بيدو نيروز علي ذلك وارسله، فسار نيروز الي قازان واعلمه بمن معه من المغل، وعمد نيروز الي قدر فوضعها في جولق وربطها، وارسل بذلك الي بيدو وقال وفيت بيميني حيث ربطت قازان وبعثته اليك، وقازان اسم الغدر بالتتري، فلما بلغ بيدو ذلك جمع عساكره وسار الي جهة قازان والتقي الجمعان بنواحي همذان، فخامر اصحاب بيدو عليه وساروا مع قازان، فولي بيدو هاربا وتبعه عسكر قازان فادركوه عن قريب بنواحي همذان وقتلوه في ذي الحجة من هذه السنة، فكانت مدة مملكة بيدو نحو ثمانية اشهر، ولما قتل استقر قازان ابن ارغون بن ابغا بن هولاكو بن طلو بن جنكزخان في المملكة في ذي الحجة من هذه السنة (اعني سنة اربع وتسعين وستماية) بعد مقتل بيدو، ولما استقر قازان في المملكة جعل نيروز نايب مملكته ورتّب اخاه خربندا بخراسان *

ذكر

p) وقتله Forte وقتلوه

q) وملك deerat codici L.

r) بسلاسلار Num recte?

s) وربطها Cod. Leid. وربطوه Aut saltem legi debet وربطه, *saccum* nempe.

litteras, ſuadebatque ut denuo moveret; oportunum rebus novis agitandis tempus adeſſe. Neque deerat ſibi Cazan admonitus. Intelligens itaque Baidu novum in ſe periculum ingruere, arceſſebat Nairuzum, et quid factu opus ſit, interrogabat. Cui alter ſuadebat, ut ad Cazanum ſe mitteret, pollicitus, praeſentia ſua copias hoſtiles ſe diſſipaturum, ipſumque Cazanum vinculis prope conſtrictum et oneratum ipſi exhibiturum eſſe. Imponebat tam ſplendida pollicitatio ſimplicitati Baidui, ut aſtutum ſimulatorem dimitteret, poſtquam ab eo ſibi curaſſet promiſſionis fidem interpoſito iureiurando confirmari. Neque fallebat profecto Nairuz datam fidem, ſecus tamen quam Baidu aut ſperaverat, aut optabat. Vt enim primum Nairuz ad Cazanum redibat, ſignificabat ipſi, quam Mogolos Baidui paene omnes ipſe in eius partes pellexerit, et qua elegante ſtropha ſimul hoſtem circumvenerit ſuamque libertatem recuperaverit. Iuraſſe ſcilicet, velle ipſi Cazanum in vinculis mittere. Cui ſacramento quo verbotenus ſaltim ſatisfaceret, ſumebat Cazanum (80), hoc eſt, ollam aeneam, (iſta enim vox hoc utenſile ſignificat in lingua Tatarica) eamque in ſacco abſconditam et funibus probe conſtrictam ad Baiduum transmittebat; itaque affirmabat ſacramento ſuo exacte ſatisfeciſſe. Baidu, iam non dubitans, ludibrio ſe habitum, ira plenus et magnis animis, movebat adverſus Cazanum, eique manus in tractu Hamadanenſe conſerebat, ſiniſtro marte. Corrupti enim Mogoli quum in ipſo conflicto aciem et pugnandi deſererent officium, ad hoſtem deſciſcentes, non poterat Baidu fugam non arripere, per quam victor eum exercitus haud procul Hamadana conſecutus perimebat ultimo huius anni menſe. Regnavit itaque Baidu per octo fere menſes. (81) Cazan inde nactus eodem menſe poteſtatem ſupremam, conſtituebat virum, cui ſua debebat omnia, generalem ſuum Locumtenentem per omnem imperii ſui ambitum; fratri autem, Chorbandae, Choraſanam aſſignabat.

ذكر اخبار ملوك اليمن وموت صاحبها، وفي هذه السنة توفي صاحب اليمن الملك المظفر شمس الدين يوسف ابن الملك المنصور عمر بن علي بن رسول بقلعة تعزّ، وقد تقدّم ذكر ملكه اليمن نحو سبع واربعين سنة، وخلف عدّة من الاولاد الذكور، فملك بعده ولده الاكبر الملك الاشرف عمر بن يوسف، وكان اخو عمر المذكور الملك المؤيّد داود بالشحر عند موت ابيه، لان اباه كان قد اعطي داود المذكور الشحر وابعده اليها، فلما مات والده وملك اخوه الملك الاشرف تحرّك الملك المؤيد داود المذكور وسار الي عدن واستولي عليها، فارسل اخوه الملك الاشرف عسكرا واقتتلوا مع الملك المؤيد داود فانتصروا عليه واخذوه اسيرا واحضروه الي الملك الاشرف، فقيّده واعتقله، وكان عمر الملك الاشرف لما تملّك نحو سبعين سنة واقام في الملك عشرين شهرا وتوفي والملك المؤيد في الاعتقال مقيّدا، فاتفق كبراء الدولة في ذلك الوقت واخرجوه من الحبس وملّكوا الملك المؤيد داود بن يوسف المذكور واستمر مالكا لليمن الي يومنا هذا وهو سنة ثماني عشرة وسبعماية *

وفيها ارسل الملك العادل زين الدين كتبغا وقبض علي خشداشة عز الدين ايبك الخزندار وعزله عن الحصون والسواحل بالشام ثم افرج عنه، واستناب موضعه عز الدين ايبك الموصلي *

وفيها قصّر النيل تقصيرا عظيما وتبعه غلاء واعتقبه وباء وفناء عظيم *

وفيها في اوايل هذه السنة لما جلس في السلطنة زين الدين كتبغا افرج عن مهنّا بن عيسي واخوته واعادهم الي منزلتهم *

Hoc anno decedebat Iemanae dominus, de quo iam ad annum DCXLVIII narravimus, Malec el-Modaffer Schams-ed-din Ioſeph, filius Malec el-Manſuri Omari, filii Alii, filii Raſuli, in arce Teëzz, poſtquam annos regnaverat fere quadraginta ſeptem; relinquens magnum numerum filiorum, quos inter ipſi ſuccedebat natu maximus, Malec el-Aſchraf Omar, filius Ioſephi. Tentabat quidem huius Omari frater, Malec el-Movaiied Davud, res novas; movens enim ex provincia Schihr, ad quam regendam pater eum olim ablegaverat, adverſus Adenam, faciebat eam ſui iuris: verum exercitus ab Aſchrafo ipſi obiectus, diſſipabat eius factionem, ipſumque capiebat, et coram exhibebat maiori fratri, qui eum, quoad vixit ipſe, in vinculis tenuit. Vixit autem Aſchraf in imperio, quod ferme ſeptuagenarius capeſſebat, menſes admodum viginti. Quo tempore finito quum fato ſuo concederet, extrahebant proceres de commune conſilio Davidem e carcere, et paterno in ſolio collocabant, quod is adhucdum tenet anno, quo haec ſcribimus, DCCXVIII. (82)

Eodem curabat Malec el-Adel Zain-ed-din Ketboga ſuum Chuſchdaſchum Azz-ed-dinum Ibecum Chazandarum, exutum gubernatione conquiſitarum arcium et Riberiae, comprehendi, eique ſufficiebat Azz-ed-dinum Ibecum Mauſelenſem. Tempore tamen poſt laxabat cuſtodiam iſti priori.

Eodem multum deerat Nilus incremento ſuo, unde nata fuit annonae caritas, et ex illa ſaeva peſtis. (83)

Eodem laxabat novus Sultanus cuſtodiam Mahannae, filio Iſae, Emiro Arabum, eiusque fratribus et filio, veniamque dabat omnibus ad ſua redeundi.

Anno DCXCV [qui die 9 Nov. A. C. 1295 coepit] accedebant decem fere millia Tatarorum ad fidem Muſlemicam, metu Cazani, et impulſu maxime ſui ducis, Taragaihi, qui principes inter Emiros Mogolorum erat; et neptem Hulacui, filiam eius Mangutimuri, habebat in matrimonio, quem apud Hemſam graviter

ثم دخلت سنة خمس وتسعين وستماية ، فيها قدم من التتر نحو عشرة الاف انسان وافدين الي الاسلام خوفا من قازان ، وكان مقدّمهم يقال له طرغيه من اكبر امراء المغل كان متزوّجا ببنت منكوتمر بن هولاكو الذي انكسر جيشه علي حمص ، ويقال لهذه الطايفة الوافدين العولاقية x ، وكان سبب قدومهم ان مقدّمهم طرغيه هو الذي اتفق مع بيدو علي قتل كنخنو بن ابغا ، فلما ملك قازان قصد الامساك y علي طرغيه وقتله اخذا بثار عمه كنخنو ، فهرب طرغيه وجماعته المذكورون بسبب ذلك ، ولما قدموا الي الاسلام ارسل الملك العادل كتبغا اميرا للقايهم واكرمهم وانزلهم بالساحل قريب قاقون وادار z عليهم الارزاق واحضر كبراءهم عنده الي الديار المصرية واعطاهم الاقطاعات الجليلة واوصلهم بالخلع وقدّمهم علي غيرهم *

وفيها في شوال خرج الملك العادل كتبغا من الديار المصرية وسار الي الشام ووصل الي دمشق وحضر اليه بدمشق الملك المظفر صاحب حماة ، ثم سار الملك العادل من دمشق الي جهة حمص وسار علي البرية متصيّدا ووصل الي حمص وقدم الي جوسيه ، وهي قرية علي درب بعلبك من حمص وكانت خرابا فاشتراها وعمّرها ، فوصل اليها وراءها ، ثم عاد الي دمشق واعطي صاحب حماة الدستور ، فعاد الي بلده ، ولما استقرّ العادل بدمشق عزل عز الدين ايبك الحموي عن نيابة السلطنة بالشام وولي موضعه سيف الدين غرلو مملوك الملك العادل كتبغا المذكور ، وخرجت السنة والملك العادل بدمشق ۞

ثم دخلت سنة ست وتسعين وستماية ، ذكر مسير العادل كتبغا من دمشق وخلعه واستيلاء لاجين علي السلطنة ، لما دخلت هذه السنة

graviter a Muſlemis afflictum ſupra videbamus. Metuebat autem ille vir ſibi a Cazano propterea, quod una cum Baiduo caedem eius patruo, Canachtuo, machinatus fuerat; Cazan autem, ſuperior hoſte factus, Baiduo ſublato, iam alterum quoque adhuc ſuperſtitem percuſſorem patrui manibus immolare ſtudebat. Devitans itaque Taragaih capitis diſcrimen aufugiebat cum factione vel tribu ſua, cui nomen erat Vlratia, et omnes profitebantur Iſlamismum. Quo facto Ketboga ipſis Emirum aliquem ſuum obviam mittebat, qui benigne acceptis in litore Palaeſtinae apud Cacun (84) ſedes aſſignaret, certisque temporum reditibus certos praeſtandos reditus; eorumque praecipuos tribunos ad ſe in Aegyptum arceſſebat, ſplendidisque ornabat fundis et ſtolis, et quae his adiungi ſolent, aliis muneribus, in conferendis quoque aulae militiaeque dignitatibus eos aliis vetuſtis candidatis praeferebat.

Eiusdem anni menſe decimo egreſſus Aegypto idem Ketboga Damaſcum veniebat; ubi Hamatae dominus, Malec el-Modaffer Mahmud, ipſi praeſens officium praeſtabat. Damaſco pergebat Ketboga per planam et deſertam Campaniam, ſimul venans, Hemſam, et inde Guſiam (85), pagum ad pylas Balabakenas poſitum, quem, aere ſuo redemtum, olim deſolatum, incolis atque aedificiis inſtrui iuſſerat, et nunc luſtrare cupiebat. Damaſcum inde repetebat, et Hamatenum ad ſua remittebat. Ipſe vero usque ad anni finem Damaſci manens amovebat Azz-ed-dinum Hamatenum a praefectura Syriae, eique ſuum Mamlucum, Saif-ed-din Gorlu, ſufficiebat.

Ineunte autem anno DCXCVI [qui die 29 Octobr. A. C. 1296 coepit] Damaſco rurſus movebat in Aegyptum cum copiis. At quum perveniſſet in ſtationem, cui Nahr el-Auga (86) nomen eſt, et ſolus in praetorio reſideret, ceteri enim eius mamluki, propter meridianas ab officio ferias ad ſuum quisque tentorium abierant: conſcendebat Huſam-ed-din Lagin equum

السنة سار العادل كتبغا المنصوري في اوايل المحرم من دمشق بالعساكر متوجها الي مصر، فلما وصل الي نهر العوجا واستغرّ بدهليزه وتفرّقت مماليكه وغيرهم الي خيامهم ركب حسام الدين لاجين المنصوري نايب السلطنة للملك العادل كتبغا المذكور بسنجق وتغارة وانضمّ اليه بدر الدين البيسري وقرا سنقر المنصوري وسيف الدين قجق المنصوري والحاج بهادور الظاهري وغيرهم من الامراء المتّفقين مع حسام الدين لاجين وقصدوا الملك العادل وبغتوه عند الظهر في دهليزه بالمنزلة المذكورة، فلم يلحق ان يجمع اصحابه فركب في نفر قليل، فحمل عليه نايبه لاجين المذكور وقتل بكتوت الازرق وبخاص a)، وكانا اكبر مماليك الملك العادل، فولي العادل كتبغا المذكور هاربا راجعا الي دمشق لانه فيها مملوكه غرلو ووصل الي دمشق، فركب مملوكه غرلو والتقاه ودخل الي قلعة دمشق واهتمّ في جمع العسكر والتاهّب لقتال لاجين، فلم يوافقه عسكر دمشق علي ذلك وراي منهم التخاذل، فخلع نفسه عن السلطنة وقعد بقلعة دمشق وارسل الي حسام الدين لاجين يطلب منه الامان وموضعا ياوي اليه، فاعطاه صرخد، فسار العادل كتبغا المذكور اليها واستغرّ فيها الي ان كان منه ما سنذكره ان شاء الله * واما حسام الدين لاجين فانه لما هزم العادل كتبغا علي ما ذكرنا نزل بدهليزه علي نهر العوجا واجتمع معه الامراء الذين وافقوه علي ذلك وشرطوا عليه شروطا فالتزمها، منها ان لا ينفرد عنهم براي ولا يسلّط مماليكه عليهم كما فعل بهم كتبغا، فاجابهم

في سنة ثمان واربعين

t) Aliquid deeft poft اليمن, prucul dubio fic: وستماية فكان مدة ملكه اليمن

curabatque ſibi a ſuis auguſtum praeferri vexillum, et aheno-tympanum pulſari; quo dato ſigno ſtatim advolabant alii Emiri coniurati, ut Bedr-ed-din Baiſaricus, et Cara Soncor Manſuricus, et Saif-ed-din Capgac item Manſuricus, et Hag Behadur Dahericus, et alii. Globus iſte Malec el-Adelum Zain-ed-dinum Ketbogam occupabat ſecurum in ſuo Dahliz [vel praetorio] reſidentem, tempore meridiano, et a ſuis derelictum, quos per trepidationem et praecipitia temporis quum ad ſe conciere nequiret, aufugiebat, aſſiliens in equum, cum paucis ſuorum, quos ipſi fors obiiciebat. Ipſe quidem Lagin, hactenus Locumtenens Sultanicus, iam rebellis, impetum ſat acrem faciebat in dominum, et amicum nuper, et cui vitam fortunamque ſuam debebat; duos quoque maximos eius Emiros mamlucos, Bactutum Azracum [ſeu caeſium], et Bangazum, qui evadentem comitabantur, trucidabat: ipſe tamen Ketboga fuga Damaſcum verſus directa elabebatur. Eo autem potius quam Miſram verſus properabat, quia reſidentem ibi fidum habebat mamlucum, Gorluum, qui advenienti hero protinus occurrebat, trepidumque arce Damaſcena recipiebat. Elapſus hac ratione Ketboga e praeſentiſſimo periculo, curabat iam perdita reparare, et iniuriarum poenas ab hoſte repetere, ideoque ſollicitabat copias Damaſcenas ut auxilium ſibi adverſus Laginum ferrent. Illae vero conſiliorum iſtorum turbarumque communionem detrectabant. Quamobrem Ketboga proditum ſe videns et viribus defectum, ſponte Sultanatum eiurabat, et per legatos a Lagino ſpiritus incolumitatem locumque rogabat, in quo, tanquam in receptaculo et aſylo, deinceps ageret. Lagin itaque Sarchodam (87) eum in finem aſſignabat, in qua Ketboga manſit, donec ipſi accideret, quod deinceps exponetur.

Huſam-ed-din Lagin autem, pulſo in hunc modum adverſario, occupabat eius apud Nahr el-Auga tentorium, coactoque Emirorum ſibi addictorum concilio, accipiebat leges, quas illi

فاجابهم لاجين الي ذلك وحلف لهم عليه، فعند ذلك حلفوا له وبايعوه بالسلطنة ولقب بالملك المنصور حسام الدين لاجين المنصوري وذلك في شهر المحرم من هذه السنة (اعني سنة ست وتسعين وستماية)، ثم رحل بالعساكر الي الديار المصرية ووصل اليها واستقر بقلعة الجبل، ولما استقر بمصر اعطي كتبغا صرخد وارسل الي دمشق سيف الدين قبجق المنصوري وجعله نايب السلطنة بالشام *

وفيها ارسل حسام الدين لاجين الملقّب بالملك المنصور مولانا السلطان الملك الناصر من القاعة التي كان فيها بقلعة الجبل الي الكرك وسار معه سلار فاوصله اليها، ثم عاد سلار الي حسام الدين لاجين *

وفيها افرج حسام الدين لاجين عن بيبرس العثماني الجاشنكير وعن عدة امراء كان العادل كتبغا قد قبض عليهم وسجّنهم في ايام سلطنته *

وفيها اعطي المنصور لاجين المذكور جماعة من مماليكه امرة طبلخاناه مثل منكوتمر وايدغدي شقير وبهادور المعزّي وغيرهم *

ثم دخلت سنة سبع وتسعين وستماية، ذكر تجريد العساكر الي حلب ودخولهم الي بلاد سيس وعودهم الي حلب ثم دخولهم ثانيا وما فتحوه، في هذه السنة جرد حسام الدين لاجين الملقّب بالملك المنصور جيشا كثيفا من الديار المصرية مع بدر الدين بكتاش الفخري المعروف بامير سلاح ومع علم الدين سنجر الدواداري ومع شمس الدين كرتيه b ومع حسام الدين لاجين الرومي، وتقدم حسام الدين لاجين، المذكور بمسير عساكر الشام، فسار البكي d الظاهري نايب السلطنة بصفد ثم بعد مدة سار سيف الدين قبجق

ex animi ſententia ferebant. Erant autem hae: ut nollet ipſis inſciis et nolentibus quidquam ſuſcipere; tum, ut nollet eodem modo, quo deceſſor ſuus Ketboga, ſecum agere, hoc eſt, ut nollet ſuis mamlukis nimiam poteſtatem concedere, aut provincias demandare, ſibique, Emiris, ea ratione tyrannos imponere. Hanc in formulam quum iuraſſet Lagin, iurabant quoque proceres, et ſpondebant ipſi, tanquam Sultano, fidem, titulumque tribuebant Malec el-Manſuri. Contigerunt illa primo menſe huius anni DCXCVI. Inde movebat in Aegyptum: cuius capitalem Miſram quum iam obtineret, et huius acropolin, arcem montanam, aſſignabat Sarchodam Ketbogae, et Damaſcum committebat Saif-ed-dino Capgaco Manſurico gubernandam.

Inde dominum noſtrum Sultanum, protractum e cella montanae arcis, in qua latuerat hactenus, ablegabat Caracam; quo ipſum deducebat comes et cuſtos additus, Sallar, qui legatione ſua defunctus Miſram redibat. Inde liberabat Lagin Bibarſum Otmanicum Gaſchnegirum, aliosque Emiros, a vinculis, quibus eos Ketboga, dum obtinebat, conſtrinxerat; ſuorum quoque mamlucorum nonnullis, ut Mangutimuro, et Idogdio, et Schakiro, et Behaduro Moëzzico, et aliis, mandabat Emiratum Tabul-Chanae.

Annus DCXCVII [qui die 18 Octobr. A. C. 1297 coepit] apportabat copiis Muſlemicis magnas per Armeniam victorias. Hoc enim expediebat Huſam-ed-din Lagin groſſum exercitum ex Aegypto verſus Halebum, ſub ducatu Bedr-ed-dini Bectaſchi Fachrici, vulgo Emir Salah dicti, cui additi erant Alm-ed-din Sangar Davadaricus, et Schams-ed-din Cortaih, et Huſam-ed-din Lagin Romanus. Illis adiungebant ſe iuſſa Syriae praeſidia, ut Safedae praefectus Albeki Dahericus, et interiecto tempore poſt Saif-ed-din Capgac, Syriae gubernator generalis. Hic poſterior cum ſeparata copiarum manu reſtitabat apud Hemſam, quaſi in ſubſidium; ceterae vero, una cum Hamatae domino,

قبجق نايب السلطنة بالشام، واقام قبجق ببعض العسكر بحمص وسارت العساكر الي حلب، وسار الملك المظفر محمود صاحب حماة بعسكره، ووصل المذكورون الي حلب يوم الاثنين ثالث عشر جمادي الاخرة وسابع نيسان، ثم ساروا الي بلاد سيس، فعبر صاحب حماة والدواداري ومن معهما من العساكر من دربند مرّي وعبر باقي العسكر من جهة بغراس من باب اسكندرونه واجتمعوا علي نهر جيحان وشنّوا الغارات علي بلاد سيس في العشر الاوسط من رجب وكسبوا وغنموا وعادوا فخرجوا من دربند بغراس الي مرج انطاكية في حادي عشرين رجب من هذه السنة الموافق لرابع ايار، وسار صاحب حماة الي جهة حماة حتي وصل الي قصطون، فورد مرسوم لاجين بعود العساكر واجتماعهم بحلب ودخولهم الي بلاد سيس ثانيا، وهذه الغزوة من الغزوات التي حضرتها وشاهدتها من اولها الي اخرها، فعدنا الي حلب ووصلنا اليها في يوم الاحد ثامن عشرين رجب واقمنا ثم رحلنا من حلب ثالث رمضان الي بلاد سيس ودخلنا ء من باب اسكندرونه ونزلنا علي حموص يوم الجمعة تاسع رمضان من هذه السنة الموافق للعشرين من حزيران، واقام علي حموص بدر الدين بكتاش المعروف بامير سلاح والملك المظفر ومن انضمّ اليهما من عسكر دمشق مثل ركن الدين بيبرس العجمي المعروف بالجالق ومضافيه من عسكر دمشق، وحاصرنا حموص وضايقناها، واما باقي العسكر فانهم انزلوا اسفل من حموص في الوطاة، واستمرّ الحال علي ذلك وقلّ الماء في حموص واشتدّ بهم العطش، وكان قد اجتمع فيها من الارمن عالم عظيم ليعتصموا بها، وكذلك اجتمع

Malec el-Modaffaro Mahmudo, Halebum ibant, ubi die Lunae, 22 ſexti menſis noſtri, et ſeptimo Niſani, appellebant. Ibi coacti ſimul omnes invadebant territorium Sis. Et Hamatenus quidem nec non Davadaricus, irrumpebant per Derbend [ſeu pylas] Merri, reliquus autem exercitus per pylas Iſcanderuna [ſeu Scanderonae], ex tractu Bagras, et tum congregati apud fluvium Gihan excurrebant medio ſeptimo menſe in ſolum Siſanum, coactaque onuſti praeda redibant per Bagras in campum Antiochiae, die vigeſimo primo eiusdem ſeptimi menſis, qui in quartum Iiari incidit. Iam proceſſerat Modaffer, Hamatam repetiturus, usque ad Caſtun, quum Lagini offendebat mandatum, quo milites Halebi denuo coacti repetere iubebantur eandem in Armenos excurſionem. Redibamus igitur illo die Solis, octavo et vigeſimo ſeptimi menſis, et poſt moram aliquam movebamus die tertio noni menſis, et admiſſi per Bagraſi pylas invadebamus Hamuſum, die Veneris, nono dicti noni menſis, qui dies incidit in vigeſimum Syri menſis Chazirani. Nos quidem obſidebamus hanc arcem, hoc eſt Hamatae dominus, Malec el-Modaffer, cum Bedr-ed-dino Bectaſcho, vulgo Emir Salah dicto, aliisque Damaſcenae legionis ducibus, qui ambobus additi fuerant, ut Rocn-ed-dino Bibarſo Agamico [ſeu Partho], vulgo Galec dicto: reliquus autem exercitus ponebat infra Hamus caſtra in valle, et quando aliqua de re neceſſe haberent deliberare, aſcendebant in montem, et in tentorio Malec el-Modafferi eiusque ſub auſpiciis conſilium inibant bellicum. Tentorium illud erat rubrum extus, ſtragulis occidentalibus intectum; intus autem erat variegatum et texturis pictum, alto* et colorato panno crudo ſericeo [vel goſſipino]. Sic pulchre procedebat initio quidem haec obſidio quum defectus aquae, pluvia ceſſante, valde non Armenos tantum, qui ex agro vicino eam in arcem, ſalutis ſuae cupidi, magno numero confluxerant, ſed et numeroſa iumenta,

* Non ſatisfacit mihi haec verſio. Sed neſcio, quae rectiora ex Arabicis eliciam.

اجتمع فيها من الدوابّ شي كثير، فهلك غالبهم بالعطش، ولما اشتدّ بهم الحال وهلكت النساء والاطفال اخرج اهل حموص في خامس عشرين رمضان (وهو سابع عشر يوما من نزولنا عليها) من نسايهم نحو الف ومايتين من النساء والصبيان، فتقاسمهم العسكر وغنموهم، فكان قسمي جاريتين ومملوكا، واصابنا ونحن نازلون علي حموص في العشر الاوسط من شهر تموز ضباب قوي ومطر فحصل للملك المظفر وهو نازل علي حموص قليل مرض، ولم يكن صحبته طبيبه، فاقتصر علي ما كنت اصفه له اعالجه به، فشفاه الله تعالي وعاد الي العافية وانعم عليّ واحسن اليّ علي جاري عادته، وكانت خيمته المنصوبة علي حموص خيمة ظاهرها احمر قد عملها من اكسية مغربية وداخلها منقوش بالخام f الرفيع المصبغ، وكانت الامراء الذين لم ينازلوا حموص وهم مقيمون في الوطاة اذ عرض لهم ما يقتضي المشاورة يطلعون الي الجبل ويجتمعون في خيمة الملك المظفر وبين يديه ويتشاورون علي ما فيه المصلحة، واستمرّ الحال علي ذلك الي ان فتحت حموص وغيرها علي ما سنذكره ان شاء الله *

ذكر فتح حموص وغيرها من قلاع بلاد الارمن، ولما كان فتوح ذلك متوقفا علي ملك بندين بن ليغون احتجنا ان نذكر كيفية ملكه بلاد الارمن وتسليمه البلاد الي المسلمين، فنقول انه تقدّم في سنة اربع وستين وستماية اسر ليغون بن هيثوم لما دخلت العساكر صحبة الملك المنصور صاحب حماة في ايام الملك الظاهر بيبرس البندقداري الصالحي وتقدّم كيفية خلاص ليغون وما افتداه ابوه به حتي

iumenta, ſiti affligebat, maximaque ex parte necabat, et creſcente miſeria peſtis ingruebat in feminas et liberos ſaeviens, quae obſeſſos cogebat iſtius generis paene duodecim centurias exterminare, quod contingebat die a ſuſcepta obſidione duodecimo, vigeſimo quinto noni menſis: quam praedam inter ſe Muſlemi quum partirentur, obtingebant mihi pro portione mea duae puellae et unus mamlucus [ſeu mancipium maſculinum]. Verum Tamuzo menſe fere medio, quum nimboſum et frequens pluviis coelum Armenos rurſus rigaret, et levis praeterea quidam morbus Modafferum tentaret, quem, abſente ordinario ſuo medico, tantum iis tractabat medendi modis, quos ipſi ego, neque infeliciter, praeſcribebam, quandoquidem ſic ſanitatem favente ſummo numine recuperabat; quam ipſe quoque meam operam pro conſueta ſua benignitate plurimis beneficiis compenſare norat: ob haec, inquam, impedimenta trahebat obſidio diutius, neque poterat prius arx ad officium cogi, quam die decimo nono decimi menſis. Quod antequam dicamus quomodo perfectum fuerit, neceſſe eſt quaedam de regiminis Armeni, qualis tunc erat, conſtitutione, aut conturbatione potius, praemittere. Sub Dondino (88), Armenorum principe, Lifoni filio, contingebat et huius arcis Hamuſi et aliorum, quae per illos tractus exſtabant munita loca, deditio. Ille Dondin itaque qua ratione principatum obtinuerit, cuius inſignem particulam Muſlemis hoc tempore permittebat, dicendum eſt. Narrabamus ad ann. DCLXIV, quomodo Muſlemi, a Malec-ed-Dahero Bibarſo Bondocdarico Salehico miſſi ſub imperatore Malec el-Manſuro, Hamatae domino, in Armeniam irruptione facta, Lifonum ceperint, filium eius Haitumi, qui tum temporis Armenis dominabatur. Narravimus deinceps, quibus ille pactis a patre redemtus, ad patrem et ſua redierit; et tandem, quod, poſt patris obitum, in eius poteſtatem haeres ſucceſſerit. Quam quum per temporis aliquod ſpatium adminiſtraſſet, decedebat fato ſuo, relinquens filiorum

حتي عاد الي ابيه صاحب سيس ، ثم ان ليغون المذكور ملك
بعد موت ابيه هيثوم وبقي في الملك مدة ، ثم مات ليغون وخلف
من الاولاد المذكور عدة اكبرهم هيثوم ثم تروس ثم سنباط ثم
دندين ثم اوشين ، فلما مات ليغون ملك بعده ابنه الاكبر هيثوم
بن ليغون بن هيثوم وبقي في الملك مدة ، فجمع اخوه سنباط
جماعة ووثب علي اخيه المذكور هيثوم وقبض عليه وسمله ، فعميت
عين هيثوم الواحدة وسلمت له الاخري ، واستمرّ في الحبس ، وكذلك
قبض سنباط علي اخيه تروس ثم قتله ، وخلف تروس المذكور
ولدا صغيرا ، واستقرّ سنباط المذكور في الملك ، فاتفق دخول العساكر
الي بلاد سيس ومنازلة حموص في ايام مملكة سنباط ، فضاقت
علي الارمن البلاد بما رحب وهلكوا من كثرة ما قتل وغنم منهم
المسلمون ونسبوا ذلك الي سوء تدبير سنباط وعدم مصانعة للمسلمين ،
فكرهوه واتفقوا علي اقامة اخيه دندين في المملكة والقبض علي
سنباط ، وعلم سنباط g بذلك ، فهرب الي جهة قسطنطينية
وتملّك دندين (ويقال له لبدين ايضا) ، فلما تملّك دندين المذكور
ارسل الي العساكر المقيمة في بلاد سيس علي حموص وغيرها وبذل
لهم الطاعة والاجابة الي ما يرسم به السلطان وانه نايب السلطان
بهذه البلاد ، فطلب منه العسكر ان يكون نهر جيحان حدّا بين
المسلمين والارمن وان يسلّم كل ما هو جنوبي نهر جيحان
من الحصون والبلاد ، فاجاب دندين المذكور الي ذلك وسلّم
جميع البلاد التي جنوبيّ نهر جيحان المذكور الي المسلمين
منها

x) العورلانية Num العولراتية y) سبعين Num recte?

numerum: quos inter natu maximus, Haitum, avo erat cognominis; tum Torus; inde Sambat, denique Dondin, tandem Vſchin. Protinus quidem ſuccedebat patri Haitum, et aliquamdiu gradum ſuum tuebatur; verum Sambat contrahebat interea factionem, qua fretus fratrem adoriebatur, comprehendebat, uſuque oculorum privari per candentem laminam curabat, et in cuſtodia deponebat, ipſeque tyrannidem invadebat. Sed contingebat, ut alter tantum oculus eo modo inutilis Haitumo fieret, alter conſervaretur integer. Peius adhuc agebat ille Sambat cum altero fratre Toruſo, quem in carcere de medio tollebat, patrem unius parvuli ſuperſtitis. Itaque remotis ſuae tyrannidis obſtaculis continuabat regnare, donec Muſlemi Armenos adorti ad extremas adigebant anguſtias, et in ipſorum urbibus et caſtris, quantumvis amplis et munitis, ad incredibiles tamen anxietates et ipſam denique deſperationem compellebant, et immane numero caedebant atque diripiebant. Quas omnes calamitates Armeni perverſae, iniquae trucique imputabant Sambati conductioni, qui tumidus et tempori cedere neſcius nollet Muſlemos officiis et humanitate placare. Indeque conceptis odiis decernebant eius fratrem, Dondinum, qui alias quoque Labdin dicitur, amoto et comprehenſo Sambato ſubrogare. Hic autem illa eorum conſilia matura verſus Conſtantinopolin fuga eludebat. Hac itaque ratione nactus Dondinus in Armenos imperium, deferebat exercitui Muſlemo apud Hamuſum et alias arces excubanti, per nuncios obſequium, ſignificans, velle omnibus annuere, quae Sultan a ſe poſtulaturus et imperaturus ſibi ſit; eius ſe legatum et vaſallum in omne ditione ſua eſſe, et pro tali ſe agnoſcere. Praeſcribebat igitur exercitus eas ſupplici conditiones, ut utriusque territorii, Muſlemi Armenique, limes et ſaepes quaſi porro ſit fluvius Gihan [ſeu Pyramus]; ita nempe, ut quidquid arcium urbiumque cis fluvium eſſet, verſus auſtrum, id omne Muſlemis pareret. Vi compoſitionis huius itaque tradebat Dondin noſtris

منها حموص وتل حمدون ولوبرا h والنقير وحجر شغلان وشرفندكار ومرعوش ، وهذه جميعها حصون منيعة ما ترام ، وكذلك سلّم غيرها من البلاد ، وكان تسليم حموص يوم الجمعة تاسع عشر شوال من هذه السنة (اعني سنة سبع وتسعين وستماية) ، ووافق ذلك ثاني شهر اب ، وسلّمت تل حمدون بعدها ثم سلمت باقي الحصون والبلاد المذكورة ، وامر حسام الدين لاجين الملقب بالملك المنصور باستمرار عمارة هذه البلاد ، وكان ذلك رايا فاسدا علي ما سيظهر من عود هذه البلاد الي الارمن عند دخول قازان البلاد ، ولما استقرّت للمسلمين جعل فيها حسام الدين لاجين بعض الامراء نايبا ، ثم عزله وولي عليها سيف الدين اسندمر نايبا وجرّد معه عسكرا ، وكان مقام اسندمر المذكور تل حمدون ، وبعد تسليم تل حمدون رحل الملك المظفر محمود صاحب حماة عنها مستهلّ ذي القعدة من هذه السنة وسارت العساكر وخرجت من الدربند وسرنا جميعا ودخلنا حلب يوم الاثنين تاسع ذي القعدة الموافق لعاشر اب من هذه السنة ، فلما اقمنا بحلب ورد مرسوم حسام الدين لاجين الملقب بالملك المنصور الي سيف الدين بلبان الطباخي بالقبض علي جماعة من الامراء المجردين مع العسكر ، فعلموا بذلك ، وكان قبجق مقيما بحمص مستشعرا خايفا من لاجين المذكور ، فهرب من حلب فارس الدين البكي نايب السلطنة بصفد (وكان من جملة العسكر المجردين علي حلب) وكذلك هرب بكتمر السلحدار وبورلاي وعزام ووصلوا الي حمص واتفقوا مع قبجق علي العصيان *

وفي

y) الامساك Forte القبض z) وادار Forte وادرّ

has arces: Hamus, Tall-Hamdun, Cubaram, Nakir, Hagr-Schaglan, Sarfandcar, et Maruſch; omnes arces probe munitas, neque facile temereve appetendas; et praeterea quoque tradebat urbes alias. Prima quidem dedita fuit Hamus, die Veneris, decimo nono decimi menſis anni huius DCXCVII, qui dies incidit in ſecundum menſis Ab; tum Tall-Hamdun, et ceterae deinceps urbes arcesque; quas Huſam-ed-din Lagin, qui Sultanatum eo tempore titulumque Malec el-Manſuri uſurpabat, conſervari ſalvas et intactas iubebat; pravo id quidem conſilio, ut poſtea conſtitit ab eventu, quum Cazano in Syriam irrumpente diſtracti et debilitati Muſlemi non poterant impedire, quo minus Armeni ſua repeterent. Lagin interea praeficiebat novis his acquiſitionibus Emirum neſcio quem, eoque deinceps amoto Saif-ed-dinum Aſandemorum, qui cum addita ſibi legione in Tall-Hamdun excubabat.

Rebus itaque confectis, poſt traditam hanc, quam modo nominabamus, arcem, primus abibat Malec el-Modaffer Mahmud, dominus Hamatae, Cal. undecimi menſis, quem copiae ſequebantur, per Derbend [ſeu pylas, forte Iſſicas] defluentes. Itaque ſimul omnes Halebum veniebamus, die Lunae, nono menſis undecimi, vel decimo menſis Ab. Ibi nobis agentibus accipiebat Saif-ed-din Balaban Tabachicus mandatum Lagini, quo iubebatur Emiros quosdam, qui huic expeditioni interfuerant, comprehendere, ut Fares-ed-dinum Albekium, et Bectimurum Salahdarum, et Burlarum et Azzarum. Verum illi mature de periculo admoniti, Hemſam aufugiebant, et cum Capgaco (89), qui iam ab aliquo tempore a Lagino ſibi male metuebat, et, quod e ſuperioribus conſtat, cum parte copiarum apud illam urbem ſubſtiterat, in defectionem conſpirabant; indeque ſub finem undecimi menſis excedebant, et praevertentes illum manipulum, cum quo eos perſequebatur Idogdi Schakir, mamlucus Lagini, ſperans occupata via rebelles intercipere;

وفي اوايل هذه السنة قبل تجريد العساكر الي سيس قبض حسام الدين لاجين الملقب بالملك المنصور علي نايبه في السلطنة شمس الدين قرا سنقر واعتقله وولّي نيابة السلطنة مملوكه منكوتمر الحسامي، فاظهر منكوتمر المذكور من الحماقة والكبريا ما غيّر به خواطر العسكر عليه وعلي استاذه، وكذلك قبض لاجين علي بدر الدين يسري وعلي عز الدين ايبك الحموي وعلي الحاج بهادور امير حاجب وغيرهم من الامراء *

وفيها اوقع قازان ملك التتر باتابكه نيروز وقتله لانه نسبه الي مكاتبة المسلمين ورتّب موضع نيروز قطلوشاه *

وفيها وفد سلامش وهو مقدّم تمان من المغل وكان ببلاد الروم وبلغه ان قازان يريد قتله، فهرب وقدم الي الملك المنصور حسام الدين لاجين، فاكرمه، فطلب سلامش نجدة من الملك المنصور لاجين ليعود الي الروم طمعا في اجتماع اهل الروم عليه، فجهّز معه من حلب عسكرا مقدمهم سيف الدين بكتمر الحلمي وساروا مع سلامش حتي تجاوزوا بلد سيس، فخرجت عليهم التتر واقتتلوا معهم، فقتل الحلمي وجماعة من العسكر الاسلامي وهرب الباقون، واما

a) Nomina haec corrupta videtnur.

b) Cod. L. hoc loco habebat: الدواداروي شمس الدين ولرتبه

c) وتقدم حسام الدين لاجين deerant in C. L. forte plura defunt.

d) البلي C. L. البكي

e) وبخلنا Forte وبخلناها

f) بالنحام C. L. بالنحام Sed fequens الرفيع num recte?

g) وعلم سنباط deerat cod. L. h) لوبرا An كوبرا ut infra.

traiecto tamen Euphrate ad Cazanum evadebant, Tatarorum principem, apud quem benigne accepti habitique manebant, donec de ipſis id fieret, quod poſtea dicemus. Halebi autem ſic agentes noſtri accipiebant eodem ipſo tempore mandatum Lagini, quod Malec el-Modaffero licentiam dabat Hamatam redeundi: poſt cuius obitum ceterae copiae Halebi perſtabant usque ad anni finem.*

Idem Lagin quoque hoc ipſo anno, iam antequam copias adverſus Siſam expediret, comprehenderat et in vincula dederat Locumtenentem ſuum, Cara Soncorum, cui ſufficiebat mamlucum ſuum, Mangutimurum Huſamicum, hominem qui tam ſtolide ſe gerebat arrogantem, et ſaevum in duces, ut horum animos non a ſe tantum, ſed et ab hero, alienaret. Pariter comprehendebat Lagin Bedr-ed-dinum Baiſaricum, et Azz-ed-dinum Ibecum Hamatenum, et Hag Behador, Emir Hageb [ſeu ſupremum cubicularium] et alios plures Emiros.

Eodem peſſum dabat Cazan, rex Tatarorum, Atabecum ſuum, Nairuzum, ideo quod eum clandeſtini cum Muſlemis commercii arguebat; ſufficiebatque ipſi peremto Cotluſchahum. (90)

Eodem perfugiebat Salamiſch, Mogolicae cuiusdam Tumanae [ſeu myriadis] capitaneus, ad Liginum: audiverat enim ille Cazanum ſibi necem intentare. Lagin eum benigne honorificeque accipiebat, petentique attribuebat exercitum (Halebenſium praeſidiorum partem) qui Salamiſchum in Romaniam reduceret. Cupiebat enim ſperabatque Tatarus ille, monarchiam iſtius provinciae ſibi facile comparare. Sed cadebat ſecus. Tatari enim eos, agrum Siſanum iam transgreſſos, invadebant, praelioque commiſſo imperatorem Halebenſem, Galamicum, unaque alios Muſlemos duces, perimebant; ceteros in fugam dabant, per quam Salamiſch in arcem aliquam Romanam elabebatur, cuius ope hoſtes a ſe, quamvis non diu, arcebat.

Miſſi

* Haec ultima periodus paullo infra legitur in arabicis.

وما سلامش فهرب الي قلعة من بلاد الروم واعتصم بها ، ثم ارسل اليه قازان واستنزله وقتله شرّ قتلة ; *

وفيها اجتمع راي حسام الدين لاجين ونايبه منكوتمر علي ترك k الاقطاعات بالديار المصرية ، فريكت جميع البلاد المصرية وكتب بما استقرّ به الحال مثالات وفرّقت علي اربابها فقبلوها طوعا او كرها *

وفيها توفي عز الدين ايبك الموصلي نايب الفتوحات وغيرها ، وولي موضعه سيف الدين كرد امير اخور *

وفي اواخر ذي القعدة من هذه السنة هرب قبجق والبكي l وبكتمر السلحدار ومن انضمّ اليهم من حمص ، وساق خلفهم ايدغدي شقير مملوك حسام الدين لاجين من حلب مع جماعة من العسكر المجرّدين ليقطعوا عليهم الطريق ، ففاتهم قبجق ومن معه وعبروا الفرات واتّصلوا بقازان ملك التتر ، فاحسن اليهم واقاموا عنده حتي كان منهم ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

وفيها في اواخر ذي القعدة وصل من حسام الدين لاجين دستور للملك المظفر محمود صاحب حماة بالحضور m من حلب الي حماة ، فسار الملك المظفر ووصل الي حماة واستمرت العساكير مقيمين بحلب الي ان خرجت هذه السنة *

وفي ثامن وعشرين شوال هذه السنة (اعني سنة سبع وتسعين وستماية) توفي جمال الدين محمد بن سالم بن واصل قاضي القضاة الشافعي بحماة المحروسة ، وكان مولده في سنة اربع وستماية ، وكان فاضلا اماما مبرزا في علوم كثيرة مثل المنطق والهندسة واصول الدين والفقه

Miſſi enim a Cazano quidam paullo poſt eum inde quocunque tandem modo extractum principi ſuo coram exhibebant, qui Salamiſchum, in poteſtate nactus, peſſimis et crudelibus tormentis necabat.

Eodem decernebat Lagin cum ſuo Mangutimuro, feudis, quae per Aegyptum ab aula [vel Corona] dependebant, cenſum imponere. (91) Sic taxatae fuerunt Aegypti provinciae, formatique codicilli poſſeſſoribus immittebantur, qui cenſum praeſcriptum nolentes volentes perſolvebant.

Eodem obibat Azz-ed-din Ibec Mauſelenſis, praefectus Conqueſtionum in Palaeſtina, et aliarum. Cui ſuffectus Cord Emir achor [ſeu Comes ſtabuli] fuit.

Eodem anno, die vigeſimo octavo decimi menſis obibat Gemal-ed-din Muhammed, Salemi filius, Ibn Vaſel, Cadi ſupremus [vel generalis ephorus] Schafeïticorum Hamatae. Natus anno DCIV fuerat vir ille dotibus ingenii clariſſimus, et multarum eminens artium peritia, ut logices, theologiae dogmaticae et forenſis, geometriae, hiſtoriae; quarum egregia dedit ſpecimina, ut Mofarreg el-Corub fi achbar Beni-Eiub,* ut et Amparuria [ſeu imperatorium], librum logicum, ſeu introductionem in artem logicam, cui nomen illud auctor ideo indidit, quod eum in uſum el-Amparur [ſeu Imperatoris], regis Francorum, domini Siciliae, tum conſcripſit, quum legatus a Malec ed-Dahero Bibarſo Salehico ad eum iret. Eiusdem eſt perelegans illud Compendium magni voluminis Canticorum.** Ne alia eius opera commemorem. Ego ipſe illum Hamatae frequentabam, eiusque iudicio et cenſurae ſubmittebam analyſes meas figurarum Euclidis; et in his a doctrina et correctione illius

* Ad verbum: *diſcuſſor (ampliator) moerorum in hiſtoriis filiorum Eiubi. Amuſement d'eſprit dans les avantures des Ejobides.*

** Quod compilavit Abu'l-Farag Isfahanenſis. Vid. ad a. 356.

والفقه والهية والتاريخ، وله مصنفات حسنة منها مفرج الكروب في اخبار بني ايوب، ومنها الانبرورية في المنطق صنّفها للانبرور ملك الفرنج صاحب صقلية لما توجه القاضي جمال الدين المذكور اليه رسولا في ايام الظاهر بيبرس الصالحي، واختصر الاغاني اختصارا حسنا وله غير ذلك من المصنّفات، ولقد تردّدت اليه بحماة مرارا كثيرة وكنت اعرض عليه ما احلّه من اشكال اقليدس واستفيد منه، وكذلك قرات عليه شرحه لمنظومة ابن الحاجب في العروض، فان جمال الدين المذكور صنف لهذه المنظومة شرحا حسنا مطوّلا، فقرانه عليه وصححت عليه اسماء من له ترجمة من كتاب الاغاني، فرحمه الله تعالي ورضي عنه، وكان توجه الي الانبراطور رسولا من جهة الملك الظاهر بيبرس صاحب مصر والشام في سنة تسع وخمسين وستماية، ومعني الانبرطور بالافرنجية ملك الامراء ومملكته جزيرة صقلية ومن البر الطويل بلاد الانبولية والانبردية، قال جمال الدين ووالد ٥ الانبراطور الذي رايته يسمي فردريك وكان مصافيا للملك الكامل، ثم مات فردريك المذكور في سنة ثمان واربعين وستماية، وملك صقلية وغيرها من البر الطويل بعده ولده قرا بن فردريك، ثم مات قرا وملك بعده اخوه منفريد ابن فردريك، وكل من ملك منهم يسمي انبراطور، وكان الانبراطور منفريد المذكور اكرمني واقمت عنده بمدينة من مداين البر الطويل المتصل بالاندلس من مداين انبولية واجتمعت به مرارا ووجدته متميّزا ومحبّا للعلوم العقلية، يحفظ عشر مقالات من كتاب اقليدس، قال وبالغرب من البلد الذي كنت فيه مدينة

illius proficiebam. Pariter legebam in eius praeſentia et explicari ab ipſo mihi curabam commentarium, quem ipſe in al-Mantuma fi 'l-Orud [ſeu metricam introductionem in proſodiam] auctoris Ibn-el-Hagebi conſcripſerat. Auctorum quoque allegata in Libro Canticorum nomina diſcebam ab eo recte legere et ſcribere, et quae fata fragmenti cuiusque auctor expertus fuerit. Benignus et miſericors ſit deus optimo viro! Legationem ad Imperatorem, de qua modo dicebamus, obibat anno DCLIX [A. C. 1261]. Significat vox Amparur aut Amparatur, lingua Francorum Emirum Emirorum, [ſeu ſummum imperatorem]. Dominabatur ille inſulae Siciliae et longae Continentis (92) illis duabus particulis, quae Ampulia et Lombardia vocantur. Pater iſtius Imperatoris, quem vidi, (ſic narrat laudatus egregius vir, Ibn-Vaſel) vocabatur Fardarik [Fredericus ſecundus], qui cum Malec el-Camelo ſinceram coluit amicitiam. (93) Illi deinceps anni DCXLVIII mortuo ſuccedebat filius Cora [Conrad], et, poſt huius denique mortem, eius frater Manfridus, Frederici filius. Hic Imperator Manfrid, (omnes enim eius gentis appellabantur imperatores) comiter atque honorifice me habebat (ita continuat idem) et aliquoties me admittebat audiebatque in civitate quadam terrae, quae Longa dicitur et cum Hiſpania cohaeret, et quidem in illa terra eius provinciae, quae Apulia dicitur. Inveni principem illum ingenio excellentem, ſcientiarum intellectualium [et ſublimiorum] amantem, ut ex eo colligas, quod Euclidis decem libros exacte calleret. Haud procul ab illa urbe, quam incolebam, (pergit idem) erat alia urbs, Lugara dicta, quam incolebant meri Muſlemi, libero gaudentes exercitio ſuae religionis, quandoquidem Icama* et Idan** et preces aliique ritus Iſlamismo proprii ibi celebrabantur. In ipſo famulitio dicti

 Impe-

* Terminus, qui *conſtitutionem*, hoc eſt peractionem publicarum precum, notat.

** Notat promulgationem temporis precum per praeconis vocem ex turribus templorum.

مدينة تسمي لوجارة p اهلها كلهم مسلمون من اهل جزيرة صقلية يقام فيها ويعلن بشعار الاسلام ، قال ووجدت اكبر اصحاب الانبراطور منفريد المذكور مسلمين ويعلن بالاذان والصلوة في معسكره ، وبين البلد الذي كنت فيه وبين رومية مسيرة خمسة ايام ، قال وعند توجّهي من عند الانبرطور اتفق البابا خليفة الفرنج وريدافرنس علي قصد الانبرطور وقتاله ، وكان البابا قد حرّمه ، كل ذلك بسبب ميل الانبراطور المذكور الي المسلمين ، وكذلك كان اخوه قرا ووالده فردريك محرّمين من جهة البابا برومية لميلهما الي الاسلام ، قال ولقد حكاني لما كنت عنده ان مرتبة الانبرطور كانت لوالده فردريك ، ولما مات والد فردريك q المذكور كان فردريك شابّا اول ما ترعرع وانه طمع في الانبراطورية جماعة من ملوك الفرنج وكل منهم يرجي ان يفوّضها البابا اليه ، وكان فردريك شابّا ماكرا وجنسه من الالمانية ، فاجتمع بكل واحد من الملوك الذين طمعوا في اخذ الانبراطورية بانفراده وقال له اني لا اصلح لهذه المرتبة وليس لي فيها غرض ، فاذا اجتمعنا عند البابا فقل ينبغي ان نقلّد r الحديث في هذا الامر ابن الانبراطور المتوفي ومن رضي بتقليده الانبرطورية فانا راض به ، فان البابا اذا ردّ الاختيار اليّ في ذلك اخترتك ولا اختار غيرك ، وقصدي الانتماء اليك ، ولما قال هذه المقالة لكل واحد من الملوك المذكورين بانفراده وصدّقه في ذلك ووثق به اعتقد صدقه ، فلما اجتمعوا عند البابا بمدينة رومية ومعهم فردريك المذكور قال البابا للملوك المذكورين

ما

Imperatoris Manfridi plurimos inveni Muſlemos, tam in aula, quam in militia. (94) In caſtris eius publice ſignificabantur praeconis voce ſtatae precum horae. Illa urbs, in qua degebam, aberat a Roma quinque dierum itinere. Quum ab illo Imperatore domum diſcederem, contingebat, ut Papa, qui Francorum Chalifa eſt, cum Redefrans [Rege Franciae] ſocietatem belli contra Manfridum iniret. Papa enim anathemate illum percuſſerat. Quod utrumque faciebat ideo, quoniam Manfrid in Muſlemos animo propendebat. Eius quoque frater, Conrad, et pater Fredericus, eandem ob cauſſam a Romano Papa ſacris ſuis fuerant prohibiti. Ipſe mihi narravit Manfridus, quum ipſi adeſſem, qua ratione pater eius Papae fuerit auſus illudere, his verbis: Dignitatem imperatoriam, aiebat, geſſit avus meus, et poſt eum accepit pater meus, Fredericus, hac ratione. Eius pater [Henricus VI] quum vita decederet, erat Fredericus admodum iuvenis, prima modo veſtitus lanugine. Is, quia multi eam dignitatem ambiebant, et a Papa ſperabant obtinere, conveniebat, qua erat iuvenile vafritie, canditatos ſeorſim ſingulos, et unicuique conſilium ſuggerebat hoc: "vides huic dignitati me imparem, neque illam deſidero. Id tantum volo: quando convenerimus apud Papam, dic, neceſſe eſſe, ut imperatoris defuncti filio hac in re dictatura mandetur, et eius optioni te velle acquieſcere. Id ſi feceris, promitto tibi, pergebat, poſtquam Papa mihi fecerit optandi arbitrium, me non, niſi te, optaturum eſſe. Nihil aliud eo intendo, quam ut coetui tuo me aggerem, et favore atque protectione Tua, ſi quando fuerit opus, fruar et proficiam." Ea quum pater meus, Fredericus, candidatorum ſeorſim ſuaſiſſet ſingulis, et perſuaſiſſet quoque variis modis, qui fidem et ſinceritatem eius approbare ſuſpicacibus poterant, credebat aemulorum unusquisque rem ſuam iam in vado, et cum homine probo atque fidele ſibi negotium eſſe. Itaque pleni fiducia proſperi ſucceſſus conveniebant omnes apud Papam Romae,

ما ترون في امر هذه المرتبة ومن هو الاحقّ بها، ووضع تاج الملك بين يديهم، فكل منهم يقول قد حكمّت فردريك في ذلك، فقام فردريك وقال انا ابن الانبراطور وانا احقّ بتاجه ومرتبته والجماعة كلهم قد رضوا بي، ووضع التاج علي راسه، فابلسوا كلهم وخرج مسرعا والتاج علي راسه، وكان قد حصل جماعة من اصحابه الالمانية الشجعان راكبين مستعدّين، وركب واجتمعت عليه اصحابه الالمانية وسار بهم علي حمية الي بلاده * قال القاضي جمال الدين واستمرّ الانبرطور منغريد ابن فردريك المذكور في مملكته وقصده البابا وريدافرنس بجموعهما واقتتلوا معه وهزموه وقبضوا عليه، وتقدّم البابا بذبحه، فذبح منغريد المذكور وملك بلاده بعده اخو ريدافرنس، وذلك في سنة ثلث وستين وستماية ✲

ثم دخلت سنة ثمان وتسعين وستماية، ذكر قتل الملك المنصور حسام الدين لاجين صاحب مصر والشام، وفي هذه السنة وثب علي لاجين المذكور جماعة من المماليك الصبيان الذين اصطفاهم لنفسه ليلة الجمعة حادي عشر ربيع الاخر في اوايل الليل وقتلوه وهو يلعب بالشطرنج، واول من ضربه منهم شخص منهم يقال له سيف الدين كرجي بالسيف

i) قتلة Forte مقتلة

k) روك Num recte?

l) والبكي Codex Leidenſis habebat البكي absque و

m) بالحضور Forte بالرجوع

qui praeſentibus edicendi facultatem faciebat, quem iſti gradui aptum et dignum ipſi iudicarent, ſimulque regium diadema in medio proponebat. Rogatus quisque ſententiam, aiebat ſe arbitrum agnoſcere Fredericum, et eius optioni acquieſcere. Surgens itaque Fridericus: "Ego ſum filius Imperatoris, aiebat, ideoque omnium digniſſimus eius corona, et aptiſſimus huic gradui, et a vobis omnibus commune conſenſu iam approbatus et agnitus in eo, quod modo affirmaſtis eum vobis placiturum eſſe, quem ego Imperatorem nuncupaturus ſim. Ego itaque me Imperatorem nuncupo:" ſimulque cum verbis correptum imponebat capiti ſuo diadema. (95) Quod audax et inſperatum facinus ita percellebat praeſentes principes, ut attoniti, quid profarentur aut agerent, omnino neſcirent. Fredericus interea conſultum non exiſtimans eo exſpectare, quo iſti ſe ſuo ex ſtupore reciperent, protinus e curia cum diademate prorumpens conſcendebat equum, et cum conſtitutis ibi paratisque ſuis equitibus Alamanis, (erat enim ipſe quoque gente Alamanus) iisque viris fortibus, quo tum erat fervore et impetu, domum in terras ſuas diſcedebat. Haec ille mihi praeſenti narrabat. Poſt diſceſſum meum implicitus in bellum cum Papa et rege Franciae Manfridus, fuſus a coniunctis eorum copiis, et captus, et iuſſu Papae iugulatus fuit. Quo facto frater regis Franciae in eius poteſtatem ſucceſſit; quod anno DCLXIII contigit." Hactenus Ibn-Vaſel.

Anno DCXCVIII [qui die 8 Octobr. A. C. 1298 coepit] occiſus fuit ille Huſam-ed-din Lagin, qui dignitatem Sultani, titulumque Malec el-Manſuri, et tyrannidem in Aegyptum atque Syriam hactenus uſurpaverat. (96) Nimirum ſub initia noctis, quae diem Veneris, undecimum quarti menſis praecedebat, obruebant eum Schahiludio vacantem eorum aliquot mamluki iuvenes, quos ad corporis ſui cuſtodiam et neceſſitates delegerat. Quorum qui primum ipſi gladio ictum inferebat, is erat

Saif-

بالسيف وضربه الباقون بعده حتي قتلوه وطلعوا ليقتلوا مملوكه ونايبه منكوتمر، فاستجار بسيف الدين طغجي الاشرفي، وكان طغجي مقدّم هاولاء المماليك الذين قتلوا لاجين، فاجاره طغجي وبعث بمنكوتمر المذكور الي الحجب فحبسه فيه، ثم بعد استقراره في الحجب توجّه كرجي ومعه جماعة فاخرجوا منكوتمر وذبحوه علي راس الحجب، فلما اصبح الصباح عن ذلك جلس طغجي في موضع النيابة وامر ونهي وهنالك جماعة من الامراء اكبر منه مثل الحسام استاذ الدار وسلار وبيبرس الجاشنكير وغيرهم، واتفق اراوهم علي الوقيعة بطغجي واعادة الملك الي مولانا السلطان الملك الناصر المقيم بالكرك، واتفق بعد ذلك وصول العسكر المجردين الي حلب، فوصل امير سلاح وغيره، واشار الامراء المذكورون علي طغجي بالركوب وتلقّي امير سلاح، فامتنع، وعاودوه ، ، فاجاب وركب طغجي من قلعة الجبل وجعل نايبه بها كرجي الذي قتل لاجين، فعند ما اجتمعت الامراء عند الامير سلاح تحدّثوا بما فعلوه الصبيان من قتل السلطان، وانكرت

n) عليه deerat in cod. Leidenſi.

o) ووالد Codex Leidenſis habebat وولد

p) لوجاره C. L. لوحاره

q) والد فريدريك Forte لوالد فريدريك

r) نقلد Codex Leidenſis hoc loco habebat نتقلد

s) وعاودوه C. L. وعاوده

Saif-ed-din Corgi, cuius exemplum ceteri eo usque imitabantur, donec Laginum vulneribus confeciſſent. Inde ruebant ad eius cariſſimum mamlucum et locumtenentem, Mangutimurum; verum effugiebat is tum quidem, quamvis perparum diu, capitis diſcrimen, eo, quod Saif-ed-dinum Tagagum Aſchraficum, qui mamlucorum iſtorum magiſter erat, ſupplicationibus eo permovebat, ut ſe, Mangutimurum, in protectionem ſuam recipere-ret, et in fovea quadam abſconderet. Sed parum proderat ipſi frivola illa et malefida latebra. Corgi enim, [indulgente, ut videtur, conſcioque Tagagio,] protractum in ipſa foveae ora mactabant. Aurora, quae huic facinori prima illuceſcebat, praeſidebat Tagagius loco atque ſede Locumtenentis regii et exercebat iura domini, poſthabitis, qui frequentes aderant, Emiris aliis, aetate dignitateque potioribus, ut Huſam-ed-dino, maiore domus, et Sallaro, et Bibarſo Gaſchnegiro, ceteris. Hi ergo irritati contumelia uno decernebant omnes animo Tagagium perdere, et poteſtatem ſupremam legitimo domino, clementiſſimo noſtro Sultano, Malec en-Naſero, tunc apud Caracam, quaſi in cuſtodia, haerenti, reſtituere. Cuius exſequendi conſilii e veſtigio ſe offerebat oportunitas. Redibat nempe hoc ipſo temporis articulo Miſram Emir Salah, cum ſuis copiis, quas Lagin anno ſuperiore ſub eius imperio verſus Halebum et inde porro adverſus Armeniam, direxerat. Suadebant itaque proceres Tagagio, qui ſummi principis perſonam tunc induerat, ut, quod in ſimile occaſione Sultani ſuperiores facere conſueverant, ipſe quoque faceret, hoc eſt, ut victori imperatori atque exercitui obviam iret, et honorifice receptis res praeclare geſtas gratularetur. Verum id ſe facturum negabat Tagagius, quaſi futurorum praeſentiens; neque poterat eo, niſi importunis flagitationibus, impelli. Vt tandem equeſtre in pompa ex arce montana deſcendebat, tradebat eam interea curandam et conſervandam amico ſuo, percuſſori Lagini, Saif-ed-dino Corgio; et ſic exibat Miſra, quo

وانكرت الامراء وقوع مثل ذلك وقالوا ان طغجي هو الذي فعل ذلك ، فحطّوا عليه بالسيوف ، وهرب منهم ، فاتركوه وقتلوه وقصدوا كرجي بقلعة الجبل ، فهرب واتبعوه وقتلوه ايضا ، وذلك في ربيع الاخر من هذه السنة ، وكانت مدة مملكة حسام الدين لاجين الملقب بالملك المنصور المذكور سنتين وثلاثة اشهر *

ذكر عود مولانا السلطان الملك الناصر الي سلطنته ، في هذه السنة عاد مولانا السلطان الملك الناصر ناصر الدنيا والدين محمد بن مولانا السلطان الملك المنصور سيف الدنيا والدين قلاوون الي مملكته ، فانه لما جري ما ذكرناه من قتل لاجين ثم قتل طغجي اتفقت الامراء علي اعادة مولانا السلطان الي مملكته ، فتوجه سيف الدين ال ملك وعلم الدين الجاولي الي الكرك واحضراه الي الديار المصرية ، فصعد الي قلعة الجبل واستقر علي سرير ملكه في يوم السبت رابع عشر جمادي الاولي من هذه السنة (اعني سنة ثمان وتسعين وستماية) ، وهي سلطنته الثانية ، فلما استقرّ السلطان الملك الناصر بالقلعة اتفق مع الامراء علي ان يكون سيف الدين سلار نايب السلطنة ويكون بيبرس الجاشنكير استاذ الدار وان يكون بكتمر الجوكاندار امير جندار ، فلما استقر ذلك فوّض نيابة السلطنة بالشام الي جمال الدين اقوش الافرم ، وافرجوا عن شمس الدين قرا سنقر من الاعتقال وكان له فيه نحو سنة وشهرين ثم بعثوا به الي الصبيبة ، وكتب تقليد الملك المظفر محمود صاحب حماة ببلاده علي عادته وبعث به اليه في جمادي الاولي من هذه السنة *

ذكر

non rediit. Quum enim inter proceres in tentorio et praeſentia Emir Salahi congregatos ſermo de abnorme iuvenum mamlucorum audacia incideret, prodebant omnes aegre ſe ferre, et indignum reputare, tantillos tanta in ſummorum virorum ſpiritus et fortunas tentare, et exemplum cuivis metuendum pariter atque imitandum proponere, palamque pronuntiabant, ſe nullos dubitare, quin flagitium illud de conſilio iuſſuque Tagagii perpatratum fuerit, ſimulque cum dictis irruebant in ipſum ſtrictis gladiis, et aſſecuti fugientem trucidabant. Corgium porro impetebant in arce montana, indeque aufugientem pari tollebant ſupplicio menſe huius anni quarto. Tenuit igitur tyrannis Huſam-ed-dini Lagini biennium et duo menſes.

Redibat inde ſuum in regnum dominus noſter, Malec en-Naſer Naſer-ed-dunia va'd-din Muhammed, filius Malec el-Manſuri Saif-ed-dunia va'd-din Calavuni. Sublato enim utroque tyranno, tam Lagino, quam, qui ei ſuccreverat, Tagagio, ibant ex Emirorum decreto Saif-ed-din Il Malec et Alm-ed-din Gavalicus Caracam, indeque clementiſſimum noſtrum dominum in Aegyptum reducebant. Ita factum, ut illę die Sabbati decimo quarto quinti menſis huius anni DCXCVIII in arcem montanam aſcenderet, priſtinumque denuo ſolium occuparet. Secundus hic eſt eius Sultanatus. Inde conveniebat cum proceribus in id, ut vicarius Sultanatus [aut generalis eius locumtenens] eſſet Saif-ed-din Sallar; tum ut Bibars Gaſchnegir eſſet maior domus, denique ut Bektimur Gucandar eſſet Emir Gandar. His ita conſtitutis mandabat Syriae praefecturam Gemal-ed-dino Acuſcho Aframo; Sabibam ablegabatur Cara Soncor Schams-ed-din, carcere liberatus, quem per menſes fere quatuordecim incoluerat; et Hamatae domino, Malec el-Modaffero, diploma ſcribebatur inveſtiturae principatus ſui, quo iubebatur, ut hactenus, ita porro ſuis terris praeeſſe: idemque ipſi hoc ipſo quinto huius anni menſe mittebatur. Parum tamen diu percepit eius fructus, quod paullo poſt videbimus.

ذكر تجريد العسكر الحموي الي حلب ، وفي هذه السنة في رمضان الموافق لحزيران من شهور الروم جرّد الملك المظفر عسكر حماة الي حلب بسبب حركة التتر الي جهة الشام ، فسرنا من حماة الي المعرة وورد كتاب سيف الدين الطباخي بتراخي الاخبار ، فعدنا t في يوم وصولنا اليها (وهو يوم الاربعا سابع عشر رمضان وحزيران) فسرنا ودخلنا حلب في ثاني عشرين رمضان من هذه السنة ، ثم ارسل الملك المظفر وطلبني من نايب السلطنة بمغردي ، فاعطاني سيف الدين بلبان الطباخي دستورا ، فسرت الي حماة الي خدمة ابن عمي الملك المظفر واستغرّ اخواي وغيرهما من الامراء والعسكر مقيمين بحلب واقمت انا عند الملك المظفر بحماة *

ذكر وفاة الملك المظفر صاحب حماة وخروج حماة حينيذ من البيت التقوي الايوبي ، وفي هذه السنة (اعني سنة ثمان وتسعين وستماية) في يوم الخميس ثاني عشرين من ذي القعدة توفي صاحب حماة السلطان الملك المظفر تقي الدين محمود بن السلطان الملك المنصور ناصر الدين محمد بن الملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب رحمه الله تعالي ، ومولده في ليلة الاحد خامس عشر المحرم من سنة سبع وخمسين وستماية ، فيكون عمره احدي واربعين سنة وعشرة اشهر وسبعة ايام ، وملك حماة من حين توفي والده في حادي عشر شوال سنة ثلاث وثمانين وستماية ، فيكون

t) بتواتر الاخبار فرحلنا Imo vero legendum : بتراخي الاخبار فعدنا vel potius ante praecedens فسرنا aliquid deeſt.

Nono porro, ſeu ſacro, menſe, qui tum in Romanorum Chaziranum incidebat, expediebat ille Hamatae dominus exercitum ſuum Halebum ob Tatarorum verſus Syriam motus. Excedebamus igitur Hamata verſus Maarram; quo delati quum offenderemus litteras Saif-ed-dini Balabani Tabachici, praefecti Halebenſis, quibus ſignificabat, rumores de adventu Tatarorum increbreſcere: promovebamus porro absque mora eodem ipſo die. Erat ille dies Mercurii, decimus ſeptimus ſimul noni ex computo noſtro menſis et Chazirani ſecundum calendarium Romanum. Tandem die vigeſimo ſecundo noni menſis Halebum perveniebamus. Tempore poſt requirebat Malec el-Modaffer me ſolum de copiis ſuis. Ibam ergo, cum Balabani venia, Hamatam, affini meo reverentiam et obſequium praeſtiturus. Reliqui autem mei duo fratres et duces Halebi permanebant.

Sed iter illud me quidem in praeſens vitae periculum coniiciebat, affini autem meo finem accelerabat, quemadmodum dynaſtiae quoque noſtrae gentis apud Hamatam. Principatus Hamatenus hoc anno ab Eiubidis, poſteris Taki-ed-dini Omari, qui eum per tot annos ſerie non interrupta tenuerant, ad peregrinos tranſiit. Quod ita factum. Die Iovis nempe, vigeſimo ſecundo menſis undecimi anni huius DCXCVIII vivis excedebat Sultan Malec el-Modaffer Taki-ed-din Mahmud, Hamatae dominus, filius Sultani Malec el-Manſuri Naſer-ed-dini Muhammedis, filii Malec el-Modafferi Taki-ed-dini Mahmudi, filii Malec el-Manſuri Naſer-ed-dini Muhammedis, filii Malec el-Modafferi Taki-ed-dini Omari, filii Schahinſchahi, filii Eiubi. Natus fuerat nocte inter diem Sabbati et Solis media, decima quinta primi menſis anni DCLVII, quo conſequitur, eum vivendo quadraginta quatuor annos, decem menſes et ſeptem dies impleviſſe. Et quum Hamatae fuerit ex eo tempore dominatus, quo pater eius deceſſit, hoc eſt, die undecimo decimi menſis

فيكون مدة ملكه خمس عشر سنة وشهرا ويوما واحدا ، وكان مرضه حمي محرقة ، وكان سبب ذلك مع فراغ العمر انه كان غاويا برمي البندق واتفق له فيه صروعات v حسنة ، فاراد ان يرمي نسرا من طيور الواجب ، فقصد جبلا علاروز وهو جبل مظلّ علي قسطون ، وكان ذلك في شدة الحرّ ، وقتل حمارا وتركه علي موضع بذلك الجبل وعمل من اغصان الشجر كوخا وكان يجلس في الكوخ وانا معه ومملوك له ومن يشاهده في رمي البندق x ، وكان يدخل الي الكوخ في السحر ويطلّ فيه الي الظهر ولا يتكلم انتظارا لنزول النسر علي جيفة الحمار وكنّا نشمّ نتن تلك الجيفة ، ولم يقدر له رمية ، ثم عدنا الي حماة فابتدي بنا المرض وبلغت الموت ، وفي مدة مرضي مرض الملك المظفر وعادني وقد ابتدي به المرض ، ثم بعد بضع عشر يوما توفي في التاريخ المذكور وانا منقطع عنه بسبب مرضي ، وكذلك مرض المملوك الذي كان معنا بذلك المكان ، وكان عسكر حماة بحلب علي ما قد ذكرناه ، وكان قد اتفق حضور الامير صارم الدين ازبك المنصوري الي حماة بسبب تشويش زوجته ، فلحق الملك المظفر قبل وفاته وكان حاضرا وفاته ، واما اخواي اسد الدين عمر وبدر الدين حسن ابنا الملك الافضل فانهما حضرا الي حماة بعد وفاة الملك المظفر ، ولما اجتمع المذكورون اختلفوا فيمن يكون صاحب حماة ، ولم ينتظم في ذلك حال *

ذكر

v) صروعات an recte?

x) البندق Codex Leidenfis habet البدق

anni DCLXXXIII, efficitur, eum rebus ſuis per quindecim annos unum menſem atque diem praefuiſſe. Praeterquam, quod fatale ſuum et divinitus praefinitum vitae ſtadium decurrerat, tollebat ipſum febris ardens, quam ipſe ſibi praepoſtero ſtudio venationis accenderat. Vt enim alias indulgere corporis animique recreationibus, et in iaculandis feris ſe delectare ſolebat, quarum ſaepe feliciter dextreque multas proſternebat: ita cupiebat eo tempore accipitrem, de avibus rapacibus (97) unam, ferire; ideoque ſe conferebat in montem Alaruz, oppido Caſtun imminentem, ſummo in aeſtatis fervore, caeſumque aſinum alicubi montis iſtius proiiciebat, cuius foetore accipitrem alliceret, curabatque ſibi tuguriolum ex caeſis arborum ramis et frondibus fieri, in quo mecum reſideret, et cum mamluco quodam ſuo, unoque alio et altero iſtius βαλανοβολιας ſpectatore. Summo mane ſubibat iſtud tuguriolum, neque excedebat inde ante adultam meridiem, ne verbulum quidem interea hiſcens, exſpectatione illapſus acipitris in olidum aſini cadaver; adeoque gravem nobiscum tolerabat mephitin, et nihilo magis praeda potiebatur. Fatalis illa infelicitas cogebat nos Hamatam cum ſeminibus morbi redire, qui ſe protinus ibi prodebat. Et ego quidem primus decumbebam, tam graviter, ut vix pilum a ſepulcro abeſſem; quo tempore Malec el-Modaffer ad me inviſebat, et ipſe iam affectus. Diebus inde plus decem obibat ipſe, quo ſupra diximus tempore, me abſente, et ſtragulis affixo, ut extremum laboranti adeſſe nequirem. Aberat quoque, propter morbum pariter, mamlucus ille, qui ſocius infauſtae venationis fuerat. Sed aderat ipſi animam agenti, qui tum peroportune, paullo ante eius exitum, Hamatam e caſtris, ob uxoris adverſam valetudinem, venerat, Emir Sarem-ed-din Vzbek Manſuricus. Paullo poſt accurrebant Halebo pariter e caſtris Hamatam ambo mei fratres, Aſad-ed-din Omar, et Bedr-ed-din Haſan, filii Malec el-Afdali Alii; ſed ſero veniebant, affine iam defuncto. Hi ergo principes

ذكر وصول قرا سنقر الجوكانداز الي حماة نايبا بها ، ولما توفي الملك المظفر كان قرا سنقر قد خرج من السجن وارسل الي الصبيبة ، وهي مكان وخم ، فارسل قرا سنقر الي الحكام بمصر يتضوّر x من المقام بالصبيبة ، واتفق عند ذلك وصول الخبر الي مصر بموت صاحب حماة ، فاعطي قرا سنقر نيابة السلطنة بحماه وسار من الصبيبة ووصل الي حماة واستقر في النيابة بها في اوايل ذي الحجة من هذه السنة (اعني سنة ثمان وتسعين وستماية) ونزل بدار الملك المظفر صاحب حماة ، وقمنا بوظايف خدمته ، واخذ من تركة صاحب حماة ومنّا اشياء كثيرة حتي اجحف بنا ، ووصلت المناشير من مصر الي امراء حماة وجندها باستقرارهم علي ما بايديهم من الاقطاعات ، فاستمرينا علي ما كان بايدينا *

وفيها ارسل سيف الدين بلبان الطباخي عسكرا الي ماردين ، فنهبوا ربض ماردين حتي نهبوا الجامع وفعلوا الافعال الشنيعة ، وذلك كان حجة لغازان في قصد البلاد علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

وفيها توفي بدر الدين بيسري في محبسه من حين حبسه لاجين *

وفيها سار مولانا السلطان الملك الناصر من الديار المصرية بعساكر مصر الي بلاد غزة واقام بها حتي خرجت هذه السنة ، واتفق قرا سنقر واخواي وارسلوا معي قماشا وخيلا من خيل الملك المظفر وقماشه ، فسرت

x) يتضور *miserabiliter eiulare, et lamentari.* يقال تضور الذيب والكلب والثعلب اي صاح عند الجوع ، ويقال ان التضور الجوع العظيم "Dicitur verbum de lupo, cane, et vulpe, si ululat prae

Eodem adibam ego ſanctam terram, Hegaz, tum quidem ſacrae peregrinationis debito me, quod nondum feceram, exſoluturus. Inveniebam in via Sallarum, qui tanquam Emir el-Hag [ſeu dux catervae religioſae] idem iter ex Aegypto cum pluribus aliis Emiris inierat. Poſtquam duo praecipuae religionis dies, qui tunc in Lunae et Martis dies incidebant, in ſacris ritibus apud Meccam exegeramus, exeunte prima dierum duodecimi menſis decuria, inde domum quisque ſuam redibamus. Reliqueramus iam Medinam, quum anni huius finis et proximi

ووقفنا الاثنين والثلثا للنسك ، في اول الشهر وعدنا الي البلاد وخرجت هذه السنة ونحن قد برزنا من مدينة الرسول *

وفي اواخر هذه السنة جرّدت العساكر من مصر وسيف الدين قبجق بعسكر حماة وقرا سنقر بعسكر حلب ودخلوا الي بلاد سيس وحاصروا تل حمدون وفتحوها بالامان وارتجعوها من الارمن وهدّموها ، ولم احضر هذه الغزوة لاني كنت بالحجاز الشريف حسبما ذكر ۞

ثم دخلت سنة اربع وسبعماية ، فيها وصل من المغرب ركب كبير وصحبتهم رسول من ابي يعقوب يوسف بن يعقوب المريني ملك المغرب ووصل صحبته الي ديار مصر هدية عظيمة من الخيول والبغال ما يقارب خمسماية راس من الخيل العربية بالسروج واللجم والركب المكفنة d بالذهب المصري *

وفيها وصل الي مصر صاحب دنقله وهو عند اسود واسمة ايّاي ، ووصل صحبته هدية كثيرة من الرقيق والهجن والابقار والثور e والشبّ والسنمادج ، وطلب نجدة من السلطان ، فجرّد معه جماعة من العسكر وقدّم عليهم طقصبا f نايب السلطنة بغوص *

وفيها اعيد حميضة ورميثة ابنا ابي نمي الي ملك مكة شرّفها الله تعالي *

وفيها

v) مع يوليه Forte مع قطلوشاه, aut legend. بوليه quod forte nomen proprium eſt.

x) الحرب Num الهروب aut الهرب

nobis ſuperveniebat initium. Ego vero die Sabbati, decimo ſecundi menſis anni proximi DCCIV, redibam Hamatam, poſtquam ſacra Palaeſtinae loca, ſcilicet Hieroſolymas et ſepulcrum Chalili [ſeu amici dei, hoc eſt patriarchae Abrahami] per tranſitum ſalutaſſem. (119)

Interea vero dum ſic religioni meae officioque ſatisfacio, adeſſe non poteram expeditioni adverſus Armenum, quae in idem tempus incidebat. Scilicet ſub finem anni, in quo adhucdum verſamur, veniebant e Miſra expeditae in Syriam copiae, quibus Saif-ed-din Capgac et Cara Soncor, hic Halebi praefectus, ille Hamatae, ſuas adiungebant; et ſic ingreſſi agrum Siſanum Tall Hamdunam ibant obſeſſum, nuper amiſſam per Tataricas turbas, eamque tunc tandem ab Armenis deditione et pacis pacto recuperabant, atque deſtruebant.

Anno DCCIV [qui die 3 Aug. A. C. 1304 coepit] veniebat Miſram ex Magrab [vel Occidente, hoc eſt Mauritania] legatus ab eius domino, Abu-Iacubo Ioſefo, filio Iacubi, Marinida, cum ingentis pretii muneribus, ut equis, mulis, aliis. Equorum, quos adducebat, Arabicorum erant propemodum quingenta capita, omnes cum integro apparatu ſuo, ephippiis, frenis, ſtapedibus, auro Aegyptiaco indutis.

Eodem veniebat Miſram Doncalae dominus, ſervus* Niger, Aiai dictus, gravem ſecum trahens doni loco catervam mancipiorum et Hogonorum [camelorum onerariorum], vaccarum, pardalorum (120), aluminis, et ſmiridis quoque copiam; petebatque a Sultano auxilium. Neque is negabat, ſed copias ipſi permittebat, et earum ducem, Tocſabam, ſuum apud Cuſam praefectum.

Hoc anno reſtituebantur fratres, Romaita et Homaida, filii Abu-Namii, in dominium Meccae, ſacrae et excelſae urbis.

* Muhammedani Nigritas omnes cuiuscunque tandem conditionis ſervos appellant.

وفيها توفي جمان بن شيخه صاحب مدينة الرسول ، وملك المدينة بعده ابنه منصور ابن جمان *

وفيها وصلت الي حماة في يوم السبت عاشر صفر عايدا من الحجاز الشريف بعد زيارة القدس الشريف والخليل صلي الله عليه وسلم ❁

ثم دخلت سنة خمس وسبعماية ، ذكر اغارة عسكر حلب علي بلاد سيس ، في اوايل المحرم من هذه السنة الموافق للعشر الاخير من تموز ارسل قرا سنقر نايب السلطنة بحلب مع قشتمر مملوكه عسكر حلب للاغارة علي بلاد سيس ، فدخلوها في اول الشهر المذكور ، وكان قشتمر المذكور ضعيف العقل قليل التدبير مشتغلاء بالخمر ، ففرط في حفظ العسكر ولم يكشف اخبار العدو واستهان بهم ، فجمع له صاحب سيس جموعا كثيرة من التتر وانضمت اليهم الارمن والفرنج ووصلوا علي غرة الي قشتمر المذكور ومن معه من الامراء وعسكر حلب والتقوا بالغرب من اياس ، فلم يكن للحلبيين قدرة بمن جاءهم ، فولوا يمتدرون الطريق وتمكنت التتر والارمن منهم فقتلوا واسروا غالبهم واختفي من سلم في تلك الجبال ولم يصل الي حلب منهم الا القليل عرايا بغير خيل ، وكان صاحب سيس في هذه السنة هيثوم بن ليفون ، وهو الذي امسكه اخوه سنباط وسملت ودهبت عينه الواحدة ويقي اعور كما تقدم ذكره في سنة سبع وتسعين وستماية *

وفيها قطع خبز بدر الدين بكتاش امير سلاح لكبره وعجزه عن الحركة *

وفيها

Eodem obibat Gamman, filius Schaichae, dominus Medinae. Succedebat ipſi filius, Manſur.

Anno DCCV [qui die 23 Iul. A. C. 1305 coepit] tentabant Muſlemi rurſus agrum Siſanum, ſed infeliciter. Nimirum ſub initium primi menſis huius anni, vel circa finem menſis Tamuzi, mittebat Cara Soncor, Halebi praefectus, eo copias, cum mamluco ſuo, Caſchtimuro; quo duce ſub eiusdem primi menſis initia adhucdum in hoſticum perveniebant. Sed Caſchtimur, ut erat imbecillis et hebes homo, rebusque gerendis omnino impar, vino deditus negligebat oportunitates fortunae bellicae rapere; militum ſuorum intempeſtive ſtolideque parcus, non emittebat eos ad hoſtium exploranda molimina; tumidusque vana fiducia non opponebat iis, quos contemnebat, matura circumſpectae prudentiae conſilia. Quo fiebat, ut Siſae dominus cum numeroſo exercitu tam Armenorum, quam Tatarorum atque Francorum, ſecuros Halebenſes apud Aiaſam (121) obrueret, qui non valentes ſubitum impetum ſuſtinere, qua poterant ſumma celeritate in fugam, qua data porta, ruebant. Sed Tatari eos Armenique tanquam indagine clauſos, aut manu comprehenſos, pro lubitu capiebant aut necabant, ut non, niſi quos praecipitia vicinorum montium abſconderent, ſalvi evaderent. Non redibant Halebum, niſi perpauci, nudi, pedites, qui in equis exierant. Siſae dominus, qui cladem hanc noſtratibus inferebat, erat ille Haitum, filius Lifoni, nepos Haitumi, quem quomodo frater Sambat comprehenderit uſuque alterius oculi privaverit, ad an. DCXCVII meminimus dicere.

Eodem dimiſſus fuit Hag Behadur, Dahericus, e carcere, quo ipſum Huſam-ed-din Lagin damnaverat.

Eiusdem anni ſub finem accepit a munere ſuo miſſionem, ſuisque ſtipendiis privatus fuit Bedr-ed-din Bectaſch, vulgo Emir Salah dictus, ideo quod annis gravis, et membris captus impar

وفيها افرج عن الحاج بهادور الظاهري ، وكان قد اعتقله حسام الدين لاجين الملقّب بالملك المنصور *

وفيها هلك قطلوشاه نايب خربندا قتله اهل كيلان ، لانهم عصوا وسار قطلوشاه لقتالهم فكبسوه وقتلوه ، وقتل معه جماعة من المغل *

وفيها سار جمال الدين اقوش الافرم بعسكر دمشق وغيره من عساكر الشام الي جبل الكسترّوان صحبه g الروافض كانوا ماردين من الدين ، فاحاطت العساكر الاسلامية بتلك الجبال المنيعة وترّجلوا عن خيولهم وصعدوا في تلك الجبال h من كل الجهات وقتلوا واسروا من بها من الدرزية ؛ والكسترّوان وغيرهم من المارقين وتطهّرت تلك الجبال منهم (وهي جبال شاهقة بين دمشق وطرابلس) وامنت الطرق بعد ذلك ، فانهم كانوا يقطعون الطريق ويتخطفون المسلمين ويبيعونهم للكفار *

وفيها استدعي تقي الدين احمد بن تيمية الي مصر وعقد له مجلس وامسك واودع الاعتقال بسبب عقيدته ، فانه كان يقول بالتجسيم علي ما هو منسوب الي ابن حنبل *

ثم دخلت سنة ست وسبعماية ، ذكر من ملك في هذه السنة بلاد المغرب من بني مرين ، قد تقدّم ذكر بني مرين في سنة اثنين وسبعين وستماية وانه استقرّ في الملك منهم يعقوب

g) اسري Num اسيرا

h) يده Aut يديه , aut deinde رجله

a) الجيسى Reliqui auctores omnes الجبنى aut الجبتى

gerendis rebus porro erat. Diu tamen huic ſuae caſſationi non ſupervivebat. Nondum enim ab illo inde caſu quartus menſis effluxerat, quum ille vir anno ſequente DCCVI fato ſuo concederet.*

Eodem periit Cotluſchah, Charbandae Locumtenens, a Kilanitis occiſus, quos parere negantes armis invaſerat. Illi vero non opinantem obrutum cum multis Mogolorum contruncabant.

Eodem ibat Gemal-ed-din Acuſch Afram cum praeſidiis Damaſcenis atque aliis verſus montem Caſtravanorum (122), gentis Rafediticae, qui adverſus deum hominesque contumaces, eiurata vera fide, per excelſa ſua iuga, Damaſcum et Tripolin interiecta, tranſeuntes Muſlemos rapiebant, et infidelibus vendebant. Munitiſſimos illos eorum colles indagine quaſi claudebant Muſlemi, ne quis elabi poſſet, dein ab equis delapſi aſcendebant pedites, quaqua pateret aditus, in iſta cacumina, et quidquid ibi reperibant tam Caſtravanorum, quam Druſorum (123) et aliorum apoſtatarum, dei iurisque humani oblitorum, partim concidebant, partim abripiebant; eaque ratione repurgabant illos montes a latronibus, tutosque viatoribus reddebant tramites.

Eodem arceſſebatur Taki-ed-din Ahmed Ibn-Taimia (124) [Damaſco] Miſram, ubi concilium eius cauſſa coactum in vincula ipſum mittebat. Nam perverſe ſciſcebat deum eſſe corpus figurae capax, quemadmodum etiam de Ibn-Hanbalo fertur. (125)

Anno DCCVI [qui die 13 Iul. A. C. 1306 coepit] natae ſunt in Mauritania, et quidem in dynaſtia Maridinarum, quaedam mutationes. Dicebamus ad a. DCLXXII primum hac de gente, aut inter primos certe, poſt Abd-el-Mumenidas regnaſſe Iaco-

* Poſtrema huius articuli infra habentur in Arabicis.

يعقوب ثم ابنه يوسف، ولما كان في هذه السنة قتل ابو يعقوب يوسف بن يعقوب بن عبد الحق بن محيو بن حمامة المريني ملك المغرب وهو محاصر تلمسان، وكان قد قام علي حصارها سنين كثيرة وتعذّرت اقوات اهل تلمسان ولم يبق عندهم ما يكفيهم شهرا وايقنوا بالعطب، ففرّج الله عنهم بقتل المريني المذكور، وسبب قتله انه اتّهم وزيره بتعرّضه الي حرمه واتّهم زمام داره k (وكان اسمه عنبر) بمواطاة الوزير علي ذلك وامر بحبس الوزير وامر بقتل زمام داره عنبر، فلما خرج عنبر ليقتل مرّ بالخدام، فقالوا ما الخبر قال امر بقتلي وسيقتلكم كلكم بعدي، فهجم بعض الخدام بسكّين علي ابي يعقوب المذكور، وقد خضب ابو يعقوب لحيته بحنّا وهو نايم علي قفاه، فضربه الخادم بالسكّين في جوفه وهرب عنه واغلق الباب عليه، وكانت هناك امراة لخدمة ابي يعقوب فصاحت، فدخل اصحابه عليه وبه بعض الرمق، فاوصي الي ابنه ابي سالم بن ابي يعقوب فمات، ولما

b) العنثر Num recte?

c) للنسك Codex Leidenfis habet للشك

d) المكفنة C. L. الملفنة e) والثمور Forte والنمور

f) طغصبا Num طغصباي

g) صحه Forte اصحابه fed omnino locus lacunofus.

h) في تلك الجبال C. L. من تلك الجهات

i) الدرزية C. L. الذرية

k) زمام داره Infra erat in cod. L. رمام داره

Iacobum, filium Abd-el-Haki, filii Mahbui, filii Hamamae; tum ei ſucceſſiſſe filium, Abu-Iacobum Ioſephum. Hic Ioſeph hoc anno peremtus fuit apud Telemſanum (126), quam is urbem diuturna plurium annorum obſidione adeo ad anguſtias adegerat, ut a ſpe illam capiendi iam proxime abeſſet, quandoquidem non amplius alimentorum intus erat, quam quod in menſem ſufficeret. Deus tamen obſeſſos a certo proximoque exitio, quod vel ipſi non ſperabant effugere, Ioſephi caede liberabat. Cuius cauſſa haec erat. Ioſeph Vezirum ſuum ſuſpectum habebat illiciti cum ſua gynaeconitide commercii; eaque in re famulum et internuncium reputabat ipſi ſe praeſtare ſuum Zemamdarum,* cui nomen erat Anbar. Hunc itaque ad extremum ſupplicium rapi iubebat, illum autem, Vezirum, in vincula mittebat. Dum vero Anbar ad necem ibat, occurrebat aliquot Chademis, [vel eunuchis], qui eum, quo iret, aut quid ſibi vellet ille triſtis, quo ſtipatus erat, comitatus, interrogabant. Reſpondebat, Ioſephum in ſe mortis ſententiam edixiſſe, neque dubium eſſe, quin tyrannus, ſe ſublato, ipſos quoque deinceps pariter deleturus ſit. His territus minis et percitus ira Chademorum aliquis propere in Ioſephum irruebat, ſecurum et ſolitarium. Dormiebat enim tum, et quidem reſupinus, ne barbae ornatum, quam paullo ante Alcanna tinxerat, confunderet. Sic ergo iacentum et expoſitum iniuriae, eunuchus cultro in ventrem adacto confodiebat, et perpetrato ſcelere aufugiebat, foribus obſeratis, quo ſibi ſcilicet evadendi copia fieret, priusquam intrare quis in cubiculum agnitoque caſu tumultum excitare poſſet. Femina tamen, quae Ioſepho tum ad corporis curam praeſto erat, aulicos magna vociferatione conciebat, qui violenter irrumpentes depre-

* Quantum ex etymologia nominis colligo, ſignificat illum miniſtrum, qui *freni curam* habet; forte comitem ſtabuli. Similitudinem habet ergo cum Gemdaris, quorum paſſim facta fuit et fiet in his mentio.

ولما مات ملك ابو سالم وقصده ابن عمه ابو ثابت عامر بن عبد الله بن يعقوب بن عبد الحق ، وقيل ان ابا ثابت هو عامر بن عبد الله بن يوسف بن يعقوب ، فيكون ابن اخي ابي سالم لا ابن عمه ، وانضمّ مع / ابي ثابت يحيي بن يعقوب عمّ ابي سالم ، فلما قاربا هرب ابو سالم بن يوسف منهما ، فارسلا في اثره من تبعه وقتله وحمل راسه الي ابي ثابت عامر المذكور ، ولما قتل ابو سالم استقرّ ابو ثابت عامر في المملكة ، وكان جلوسه في المملكة في منتصف هذه السنة (اعني سنة ست وسبعماية) ، ولما استقرّ امر بقتل الخدام عن اخرهم ، فقتلوا واضرمت لهم النيران والقيوا فيها ولم يترك ابو ثابت في مملكته خادما خصيا حتي باده ، ثم ان ابا ثابت المذكور وثب علي عمه يحيي فقتله في ثاني يوم استقراره في الملك ، ثم سار ابو ثابت الي فاس وارسل مستحفظا من بني عمه اسمه يوسف بن ابي عباد الي مرّاكش ، ثم ان يوسف المذكور بعد استقراره في مرّاكش خلع طاعة ابو ثابت عامر المذكور وكان منه ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

وفيها توفي الامير بدر الدين بكتاش الفخري المعروف بامير سلاح وكان بين قطع خبزة ووفاته دون اربعة اشهر ✡

ثم دخلت سنة سبع وسبعماية ، ذكر وفاة عامر ملك المغرب وذكر من تملك بعده ، في اواخر هذه السنة توفي ابو

/) مع Forte الي

deprehendunt ultimos ſpiritus agitantem. Brevi quoque poſt exſpirabat Ioſeph, poſtquam Abu-Salemum, filium ſuum, haeredem regni dixiſſet. Verum illi diuturna quietaque poteſtate frui non contingebat. Nam Abu-Tabet Amer (127), ſive is eius patrui filius fuerit; nam aliqui Abu-Tabetum filium Abdallae fuiſſe perhibent, filii Iacobi, filii Abd-el-Haki; ſive fuerit eius ex fratre nepos; ſunt enim alii, qui eum filium Abdallae, filii Ioſephi, filii Iacobi, filii Abd-el-Haki, faciunt: is igitur, adiuncto ſibi Iahia, filio Iacobi, adeoque Abu-Salemi patruo, adverſus hunc rebellabat; contractaque factione hi ambo duces in armis communem affinem invadebant, adeoque adventus ſui fama terrebant, ut eos ſuſtinere non auſus aufugeret. Verum effugere nequibat. Submiſſi enim a rebellibus perſecutores ipſum aſſecuti necabant, et avulſum eius caput ad Abu-Tabetum referebant; qui medio hoc anno ſolium occupabat, et, Ioſephi ſanguinem ulturus, protinus iubebat eunuchos ad unum omnes occidi, et eorum cadavera comburi, quo nempe turpiſſimum facinus turpiſſimi ſupplicii puniret infamia, et a ſimile audacia ceteros abſterreret; tam rigidus in ſumenda vindicta, tam acer in reprimenda eunuchorum petulantia, ut per totam ſuam ditionem quisquis eius generis deprehenderetur, nemini parceret, ſed ad unum omnes internecione deleret. Altero quoque ſtatim die a novi exordio imperii non opinantem perimebat, quem conſiliorum fortunaeque ſocium hactenus habuerat, patruum Iahiam. Inde Faſam ibat habitatum, Marracaſchae vero cuſtodem atque gubernatorem immittebat aliquem affinem ſuum, Ioſephum, filium Abu-Abbad. Is autem firmo ibi collocato gradu, obſequium Abu-Tabeto negabat. Quod molimem qualem habuerit exitum in continente dicemus.

Anno DCCVII [qui die 2 Iulii A. C. 1307 coepit] domabat Abu-Tabet commiſſo apud Marrakaſcham praelio, eundem illum Ioſephum, ſuum ibi praefectum, ſed rebellare auſum,

ابو ثابت عامر بن عبد الله بن يوسف ابي يعقوب بن يعقوب بن عبد الحق بن محيو بن حمامة ملك المغرب ، وكانت مدة ملكه سنة وثلاثة اشهر واياما ، وقيل سنة ونصفا ، وتوفي بطنجه ، فانه لما عصي عليه ابن عمه يوسف بن ابي عباد بمراكش سار اليه ابو ثابت المذكور ، فاقتتل معه يوسف ، فانتصر ابو ثابت وولي يوسف منهزما فاخذ اسيرا وقتل من اصحابه جماعة كثيرة واستقامت مراكش لابي ثابت ، ثم عاد ابو ثابت المذكور الي طنجه لقتال قوم بها من الاعراب ، فادركته منيته بها ، ولما مات ابو ثابت جلس في الملك بعده ابن عمه علي بن يوسف ، ثم خلعه الوزير وجماعة من العسكر بعد يومين من جلوسه واقاموا في الملك سليمان بن عبد الله بن يوسف بن يعقوب بن عبد الحق بن محيو وبايعوه ، فاستمال الناس ونفق فيهم الاموال وزاد في عطيات بني مرين واطلق المكوس واحسن الي الرعية وقبض علي عليّ بن يوسف المخلوع واعتقله بطنجه واستقرت قدم سليمان في الملك واستقامت له الامور *

ذكر قتل صاحب سبس وقتل ابن اخيه ، وفي هذه السنة قتل برلغي (وهو مقدّم المغل المقيمين ببلاد الروم) صاحب سبس هيثوم بن ليغون بن هيثوم المقدّم ذكره بعد ان ذبح ابن اخيه تروس الصغير علي صدره ، واستقر في ملك سبس وبلادها اوشين بن ليغون اخو هيثوم المذكور ، ولما قتله برلغي مضي اخو هيثوم المذكور الناق بن ليغون صحبة برلغي وشكي الي خربندا ، فامر خربندا ببرلغي فقتل بالسيف *

وفيها

pulſumque e fuga retrahebat et in poteſtate nactus mittebat in vincula; ſeditioſae factionis autem, quae illum ſecundaverat, potiora capita de medio tollebat, eaque ratione compoſitis turbis redigebat illam provinciam ad obſequium ſuum. Redux autem ab iſta expeditione Tangam, ipſe vivis excedebat, dum in eo eſt, ut Arabes aliquos ibi tumultuantes comprimat. Regnaverat itaque unum annum, tres menſes et aliquot dies; aut, ut alii perhibent, unum annum cum dimidio. Succedebat ipſi Ali, filius illius Ioſephi, qui eius patruelis, et, ut modo dictum, a ſuis eunuchis confoſſus fuerat. Sed vix ille Ali (128) capeſſiverat ſummam poteſtatem, quum Vezir et alii aliquot de militia ipſum tertio die poſt removebant, eique Solaimanum ſufficiebant dictoque ſacramento dominum ſalutabant, filium Abdallae, filii Ioſephi, filii Iacobi, filii Abd-el-Haki, filii Hamamae. Solaiman ille cives ſibi comitate, beneficiis, largitionibus, obligabat; quae Marinidae ſuis militibus hactenus indulſerant, ſtipendia augebat, abrogabat tributa, et comprehenſo atque apud Tangam in cuſtodia depoſito illo Alio, qui modo reprobatus et depoſitus fuerat a patruo ſuo, firmis imperium ſuum fulcris ſuperſtruebat, et in pacato porro ſuas res agebat.

Eodem perimebat Barlogi (129), praefectus Mogolorum Romaniae incubantium, Siſae dominum, illum Haitumum, filium Lifoni, filii Haitumi, de quo ſupra ſaepius mentionem fecimus, et ſimul cum ipſo, et in eius gremio, parvulum illum Armeniae regem, Haitumi ex fratre nepotem, Toruſi filium, cuius Atabekum et tutorem hactenus ille Haitum ſe geſſerat. Eorumque loco ſubſtituebat Vſchinum, huius fratrem, illius patruum, Lifoni filium. Verum alter frater, Alnac, percuſſorem Barlogium ad Charbandam rapiebat, iniuriam ſuae genti factam querens; cui Charbanda ius illud faciebat, ut Barlogium gladio tolli curaret.

وفيها عزم سلار علي المسير الي اليمن والاستيلاء عليه وعيّنت العساكر للمسير صحبته وجهّزت الالات في المراكب من عيذاب *m* ، ثم انهي *n* عزمه عن ذلك *

وفيها نزل سيف الدين كراي المنصوري عن اقطاعه بديار مصر واستقال من الامرة ، فاقيل وبقي بطالا حتي انعم عليه مولانا السلطان فيما بعد باقطاع واعطاه نيابة السلطنة بدمشق علي ما سنذكره *

وفيها توفي ركن الدين بيبرس العجمي الصالحي المعروف بالجالق احد البحرية ، وكان اخر البحرية وكان قد اسّن ✡

ثم دخلت سنة ثمان وسبعمايه ، ذكر مسير السلطان الي الكرك واستيلا بيبرس الجاشنكير علي المملكة ، وفي هذه السنة في يوم السبت الخامس والعشرين من شهر رمضان خرج مولانا السلطان الملك الناصر ناصر الدنيا والدين محمد بن قلاوون الصالحي من الديار المصرية متوجّها الي الحجاز الشريف وسار في خدمته جماعة من الامراء منهم الامير عز الدين ايدمر الحظيري والامير حسام الدين قرا لاجين والامير سيف الدين ال ملك وغيرهم ، ووصل الي الصالحية وعيّد بها عيد الفطر ثم سار الي الكرك فوصل اليها في عاشر شوال ، وكان النايب بها جمال الدين اقوش الاشرفي ، فعمل سماطا واحتفل به وعبر السلطان الي المدينة ثم الي القلعة ، ولما

m) من عيذاب Num recte?

n) انهي Codex Leidenſis habet انتهي

Eodem inſtituebat Sallar expeditionem in Arabiam felicem. Iam deſignatae fuerant copiae, quibuscum ſperabat eam provinciam ſubigere. Inſtrumenta bellica iam navibus ex portu Aidab expedita. Sed abiiciebat deinceps illud conſilium.

Eodem abdicabat ſe (130) ſuis, quos per Aegyptum tenebat, fundis Saif-ed-din Girai Manſuricus, rogabatque ſibi veniam Emiratus fieri: quam nactus vivebat porro privatus, donec eum ſecuto tempore dominus noſter Sultan aliis donaret fundis, et provincia Sultanici apud Damaſcum Locumtenentis, ut ſuo loco deinceps annotabimus.

Eodem obibat aetate admodum profectus Rocn-ed-din Bibars Agamicus, [ſeu Parthus, aut de terra Arſacidarum] Salehicus, vulgo Galec dictus, unus eorum mamlucorum, qui olim ſub Malec en-Naſero nomine Baharicorum celebres fuerant; et is quidem eorum ultimus tum obiit, ceteris omnibus iam dudum exſtinctis.

Anno DCCVIII [qui die 20 Iunii A. C. 1308 coepit] Caracam ibat dominus noſter, Sultan Malec en-Naſer Naſer-ed-dunia va'd-din Muhammed, filius Sultani Malec el-Manſuri Calavuni Salehici, eoque facto invadebat Bibars Gaſchnegir tyrannidem. Scilicet die Sabbati, quinto et vigeſimo noni menſis exibat Sultan Miſra, praetendens ſacrum iter in terram ſanctam, Hegaz; Emirorum magno ſtipatus numero, quos inter Emir Azz-ed din Idemor Hatiricus erat, et Emir Huſam-ed-din Cara Lagin, et Emir Saif ed-din Il Malec, alii, quibuscum hilarem feſtumque deieiunationis diem, [qui in Cal. decimi menſis incidit,] apud Salehicam celebrabat. Inde promovens veniebat decimo die decimi menſis Caracam, ubi qui erat gubernator Gemal ed-din Acuſch Aſchraficus, convivium ſplendidum* et equeſtrem inſtituebat pompam. Tranſibat Sultan inde ad urbem, et porro ad arcem. Interea vero dum per pontem tranſit, per quem

ex

* In campo nimirum ante urbem, Sultanum excepturus.

ولما عبر السلطان علي الجسر الي القلعة والامراء ماشون بين يديه والمماليك حول فرسه وخلفه سقط بهم جسر قلعة الكرك وقد حصلت يد فرس مولانا السلطان (وهو راكبه) داخل عتبة الباب ، فلما احسّ الفرس بسقوط الجسر اسرع حتي كاد ان يدوس الامراء الماشين بين يديه ، وسقط من مماليك مولانا السلطان خمس وثلثون الي الخندق وسقط غيرهم من اهل الكرك ، ولم يهلك من المماليك غير شخص واحد لم يكن من الخواص ، ونزل في الوقت مولانا السلطان خلّد الله تعالي ملكه عند الباب واحضر الجنويات والحبال واشال الذين وقعوا عن اخرهم وامر بمداواتهم ، فصلحوا وعادوا الي ما كانوا عليه في مدة يسيرة ، وكان ذلك من عنوان سعادة مولانا جعلها الله تعالي خارقة للعوايد ، فان ارتفاع الجسر الذي سقطوا منه الي الخندق يقارب خمسين ذراعا ، ولما استقر مولانا السلطان بقلعة الكرك امر جمال الدين اقوش نايب السلطنة بها والامراء الذين حضروا في خدمته بالمسير الي الديار المصرية واعلمهم انه جعل السفر الي الحجاز وسيلة الي المقام بالكرك ، وكان سبب ذلك استيلاء سلار وبيبرس الجاشنكير علي المملكة واستبدادهما بالامور وتجاوز الحدّ في الانفراد بالاموال والامر والنهي ولم يتركا لمولانا السلطان غير الاسم ، مع ما كان منهما من محاصرة مولانا السلطان في القلعة

وغيره

ex urbe in arcem itur, ipſe equo vectus, quem Emiri pedites praeibant, mamluki autem a latere ſtipabant et ſequebantur pariter pedites, corruebat pons, trahebatque ſecum quotquot portabat. Iam impoſuerat eo ipſi temporis momento domini equus anteriores pedes in ipſo limine arcis, eoque ruebat impetu, pontem a tergo ſibi ſublabi ſentiens, ut praeeuntes Emiros tantum non proculcaret. Deciderunt itaque tum in foſſam triginta quinque numero mamluki, et alii praeter eos oppidani. Sed de mamlukis quidem non periit niſi unus, neque is nobiliſſimae ſortis, neque intimae admiſſionis. Ceteros curabat Sultan, qui, quam primum arcis limen ſuperaverat, equo deſcendebat, admotis trochleis et funibus e profundo protinus attolli, et medicis tradi, quorum cura et beneficio brevi tempore ad priſtinam valetudinem et conſueta munia redibant. Et hic quoque cum aliis titulus erat et omen felicitatis auguſti, quam deus O. M. iubeat vulgarem omnem modum proſperitatis ſuperare. Nam profecto mirandum, eo caſu plures non periiſſe, non fuiſſe graviter attritos, quum foſſae profunditas a ponte inde quinquaginta ulnis parum abeſſet. Itaque reſidens in arce dominus, iubebat illum eundem, quem modo nominabamus, ſuum hactenus apud Caracam locumtenentem, Gemal-ed-dinum Acuſchum, et ceteros, quos in comitatu ſuo Miſra adduxerat, Emiros, illuc abire, et Miſrenſibus nomine ſuo ſignificare, ſe religioſum iter ad Hegazi ſacra loca bona fide non agitaſſe, ſed prae ſe tuliſſe tcntummodo, quo ſcilicet ſub cauſſa tam ſpecioſa absque ſuſpicionibus et impedimento Miſra poſſet Caracam evadere, ubi porro manere decreverit. Non enim potuiſſe Sallari et Bibarſi Gaſchnegiri ferre inſolentiam, qui arrepta imperii tota poteſtate, ſibi, praeter nomen principis auctoritate caſſum, nihil reliquum fecerint; res omnes pro arbitrio ſuo ſoli tractarint; pro lubito imperarint et vetuerint, modumque omnem in corradendis opibus exceſſerint, ſe denique in arce ſua haud ſecus quam obſederint; mitto

وغير ذلك ممالا ينكبس o النفس له ، فانف مولانا السلطان خلّد الله ملكه من ذلك وترك الديار المصرية واقام بالكرك ، ولما وصلت الامراء الي الديار المصرية واعلموا من بها باقامة السلطان بالكرك وفراقه الديار المصرية اشتوروا فيما بينهم واتفقوا علي ان تكون السلطنة لبيبرس الجاشنكير وان يكون سلار مستمرّا علي نيابة السلطنة كما كان عليه ، وحلفوا علي ذلك ، وركب بيبرس الجاشنكير من داره بشعار السلطنة الي الايوان الكبير بقلعة الجبل وجلس علي سرير الملك في يوم السبت الثالث والعشرين من شوال هذه السنة (اعني سنة ثمان وسبعماية) وتلقّب بالملك المظفر ركن الدين بيبرس المنصوري وارسل الي نواب السلطنة بالشام ، فحلفوا له عن اخرهم وكتب تقليد المولانا السلطان بالكرك ومنشورا بما عيّنه له من الاقطاع بزعمه وارسلهما اليه واستقرّ الحال علي ذلك حتي خرجت هذه السنة *

وفيها ملك الفرنج الاسبتار جزيرة رودس واخذتها من الاشكري صاحب قسطنطينية ، وصعب بسبب ذلك علي التجار الوصول في البحر الي هذه الديار لمنع الاسبتار من يصل الي بلاد الاسلام *

وفيها ارسل صاحب تونس ابو حفص عمر اصطولا وعسكرا الي جزيرة جربة ، وهي جزيرة في البحر الرومي ومسيرتها من قابس يوم واحد ، ولهذه الجزيرة مخاضة الي البرّ ، ودور هذه الجزيرة ستة وسبعون p يوما ، وكانت بايدي المسلمين فتغلّب عليها الفرنج وملكوها في

o) ينكبس ὑποκυπτει, ὑποδυεται. Golius fub كبس habet inter alia *immiſſum caput recondidit in veſte.* De avibus rapacibus caput in

cetera, quae illi auſi fuerant indigna, quibus ingenuus mancipare ſe negat. Et recte profecto dedignatus turpiſſimam paedagogiam dominus noſter, cui deus diuturnum indulgeat imperium, Caracam ſe recipiebat. Parentes Emiri abibant in Aegyptum, et legatione ſua defungebantur. Intelligentes inde Miſrenſes proceres, ubi rerum verſentur, deliberabant de praeſentibus, et conſona voce Bibarſum Gaſchnegirum ſalutabant Sultanum, Sallarum autem in ea, quam hactenus tenuerat, provincia permanere, hoc eſt generalem Sultani Locumtenentem, decernebant. Dictoque in haec pacta ſacramento prodibat Bibars in publicum ex aedibus ſuis in equo et equeſtre conductu ſub inſignibus Sultanicis ad Ivan [ſeu aream vel porticum] magnam in arce montana, et occupabat ſolium die Sabbati tertio et vigeſimo decimi menſis huius anni DCCVIII, titulumque ſibi arrogabat Malec el-Modaffari Rocn-ed-dini Bibarſi Manſurici; et a praefectis Syriae paſſim conſtitutis ſacramentum ſibi dici curabat in manus delegatorum. Domino noſtro Sultano quoque ſcribebat et mittebat Taclid [ſeu diploma inveſtiturae] ſuper Caraca, et Manſchur (131) [ſeu codicillos] de illis quae ipſi tanquam ſtipendio vel apanagia, pro ſua nempe opinione aſſignabat. In his manebant res ad anni finem usque.

Eodem occupabant Franci Hoſpitalarii Rhodum inſulam ereptam Aſchcario [Laſcari] domino Conſtantinopoleos (132); quo difficilis fiebat mercatoribus ad haec loca, hoc eſt hanc Syriam, in qua vivimus, per mare aditus; quandoquidem Hoſpitalarii arcebant quisquis ditionem Muſlemicam adire vellet.

Eodem mittebat Abu-Hafs Omar, Tuneti dominus, claſſem et militiam ad inſulam Gerba, ſitam in mari Romano [ſeu mediterraneo] et a Cabes unius itinere diei diſtinctam, et tenui vado tantum non cohaerentem cum Africana continente, et habentem 76 milliarium ambitum. Hanc inſulam Franci Muſlemis ademerant anno DCLXXX. Hos igitur exactum inde ibat

ذكر مسير مولانا السلطان من الكرك وعوده اليها ، وفي هذه السنة سار جماعة من المماليك علي حمية من الديار المصرية مفارقين طاعة بيبرس الجاشنكير الملقب بالملك المظفر ووصلوا الي السلطان بالكرك واعلموه بما الناس عليه من طاعته ومحبّته ، فاعاد السلطان خطبته بالكرك ووصلت اليه مكاتبات عسكر دمشق يستدعونه وانهم باقون علي طاعته ، وكذلك وصلت اليه من حلب المكاتبات ، فسار السلطان بمن معه من الكرك في جمادي الاخرة من هذه السنة ووصل الي خمان q وهي قرية قريب من راس الماء ، فعمل جمال الدين اقوش عليه الحيلة وارسل اليه قرا بغا مملوك قرا سنقر برسالة كذّبها علي قرا سنقر ، وكان قرا بغا قد سار الي الافرم بمكاتبة تتعلّق به بمفرده ، فارسله الافرم الي السلطان فسار من دمشق ولاقي السلطان بحمام ، فانهي قرا بغا المذكور ما حمّله الافرم من الكذب مما يقتضي رجوع مولانا السلطان ، فلما سمع مولانا السلطان قرا بغا ظنّه حقّا ورجع الي الكرك ، واستمرّت العساكر علي طاعة مولانا السلطان واستدعايه ثانيا وانحلّت دولة بيبرس الجاشنكير وجاهره الناس بالخلاف ، ولما جري ذلك وبلغ العساكر المقيمين بحلب ساروا من حلب من غير دستور وسرت انا بمن معي من عسكر حماة ودخلت حماة يوم الثلثا تاسع عشر رجب وثالث وعشرين كانون الاول *

ذكر

فلا سلم حتي تحفر الناس خيفة وتصبح طير كابسات علي لحم in Divan Hudeil. "Non itaque pacem [ſcil. acceptabo] donec ſeſe invicem trudant homines prae metu, et conſpiciantur aves deruentes [vel caput demittentes] ſuper carnem."

adminiculabantur. Globus enim mamlucorum praefervide ſimul Aegypto et obſequio Bibarſi excedebant, et Sultano apud Caracam haerenti ſignificabant, quam carus ſuis quondam civibus adhuc ſit, et quam eorum animi ſtudiaque fideliter ipſi adhaereſcant. Sultan his incitatus exhortationibus monſtrabat ſe Sultanatum ſibi debitum requirere, curabatque ſibi rurſus apud Caracam pia vota publice dici. Accedebant eo ducum Damaſcenorum frequentes litterae, quibus ipſum ad ſe advocabant, ut coeptum opus urgeret ſollicitantes, conſtantemque ſuum amorem et cultum ipſi declarantes. Quod idem Halebenſes quoque faciebant. Egreſſus igitur Sultan cum ſuis Caraca menſe huius anni ſexto, ibat Chammanum, oppidum prope Raſalmaï. Verum Gemal-ed-din Acuſch Afram, praefectus Damaſcenus, etiamſi negotium hoc prorſus evertere, quod cupiebat, non poſſet, turbabat tamen et morabatur aliquamdiu, efficiebatque nequam ſuis artibus, ut Sultan de invitantium fide addubitans, et, ne prodatur ipſe, veritus, ex ipſa via ſe in tutum reciperet. Abutebatur Acuſch eam in rem Cara Boga, mamluco Cara Soncori, praefecti Halebenſis, quem herus eius ad ipſum cum litteris miſerat, quae ipſum peculiariter concernebant. Hunc mamlucum dirigebat Acuſch ad Sultanum in itinere iam conſtitutum, cum mandatis, ſed illis falſis et a ſe ſub Cara Soncori nomine et perſona confictis, quibus, quam neceſſe ſit in praeſentia rerum a coeptis deſiſtere, conſiliaque nondum matura in aliud tempus reiicere, declarabat. Sultan itaque ſe Caracam recipiebat, ea vera eſſe reputans, quae percipiebat ex admonitione, non, cuius erat, adverſarii, ſed, cuius eſſe reputabat, amici. Quum tamen perſeverantes in fide duces atque copiae rurſus eum vocarent, nervisque reſoluta iam labaſceret Bibarſi tyrannis, omnibus iam ab eius obſequio palam deſciſcentibus, idque intelligentes copiae apud Halebum congregatae domum quisque ſuam, vel non exſpectata licentia, repetebant; et poſt ceteros ego quo-

que

ذكر مسير مولانا السلطان الي دمشق واستقرار ملكه بها ، ولما تحقق مولانا السلطان الملك الناصر صدق طاعة العساكر الشامية وبقاءهم علي طاعته ومحبّته عاود المسير الي دمشق وخرج من الكرك وخرجت عساكر دمشق الي طاعته وتلقّوه ، واما اقوش الافرم نايب السلطنة بدمشق فانه هرب ، ووصل السلطان الي دمشق في يوم الثلثا ثالث عشر شعبان من هذه السنة الموافق لعشرين كانون الثاني وهييت له قلعة دمشق ، فلم ينزل بها ونزل بالقصر الابلق ، وارسل الافرم وطلب الامان من السلطان ، فامنه ، فقدم الي طاعته الي دمشق ، وسار قبجق من حماة وسار العسكر الحموي صحبته ، وكذلك سار اسندمر بعسكر الساحل ، ووصل قبجق واسندمر ومن معهما من العساكر الي خدمة السلطان بدمشق في يوم الاثنين الرابع والعشرين من شعبان من هذه السنة وقدّمت تقدمتي ومن جملتها مملوكي طغرتمر في يوم الاربعا سادس عشرين شعبان المذكور ، فحصل من مولانا السلطان القبول والصدقة والمواعيد الصادقة بالتصدّق عليّ بحماة علي عادة اهلي واقاربي ، ثم وصل قرا سنقر الي دمشق بعسكر حلب يوم الجمعة ثامن وعشرين من شعبان ، وكان وصل قبل ذلك سيف الدين بكتمر المعروف بامير جاندار من صفد ، ولما تكاملت للسلطان عساكر الشام امرهم بالتجهّز للمسير الي ديار مصر *

ذكر مسير مولانا السلطان الي ديار مصر واستقراره في سلطنته ، وفي هذه السنة لما تكاملت العساكر الشامية عند السلطان بدمشق ارسل الي الكرك واحضر ما كان بها من الحواصل ونفق في العسكر وسار بهم من دمشق في يوم الثلثا تاسع رمضان من هذه السنة الموافق

que cum meis Hamatenis, quibuscum patriam die Mercurii, decimo nono ſeptimi menſis, aut vigeſimo tertio Canuni prioris, intrabam; haec itaque perſpiciens Auguſtus in Syris ſincerae fidei et conſtantis amoris et obſequii certiſſima ſigna, renovabat iter verſus Damaſcum: quo appropinquanti obviam ibant praeſidia Damaſcena, ſubmiſſa cum devotione, perfidus autem Acuſch Afram male ſibi metuens aufugiebat; adeoque intrabat Sultan illam eapitalem die Martis, decimo tertio menſis octavi huius anni, vel vigeſimo Canuni poſterioris. Comparata quidem ipſi recipiundo fuerat arx Damaſcena, verum nolebat ibi deſcendere, ſed ibat potius in Caſr el-Ablac habitatum. Paullo poſt redibat Acuſch, et ſui copiam auguſto faciebat, poſtquam rogatam ab ipſo veniam et ſecuritatem impetraſſet. Hamata quoque legitimo ſuo hero recuperatam poteſtatem gratulatum ibant praeſidia cum imperatore Capgaco, nec non Riperiae praeſidiarii cum ſuo Aſandemoro. Ambo hi duces cum turba uterque ſua officium exhibebant auguſto Damaſci die Lunae, 24 menſis octavi. Neque deeram ego meo, ſed exhibebam auguſto mea munera, et inter cetera meum mamlucum Tagoztimurum, die vigeſimo ſexto eiusdem, quae benigne clementerque acceptabat Sultan, et humaniſſimas mihi easque veraces praeſtabat pollicitationes, de reſtituenda mihi propediem Hamatae ſecundum maiorum et gentilium meorum pacta poſſeſſione. Safeda quoque aderat Emir Bectimur Saif-ed-din, vulgo ſic dictus Emir Gandar. Denique vigeſimo octavo eiusdem Halebo Damaſcum veniebat Cara Soncor cum ſua legione. Sic ergo Syriae copias completas penes ſe habens auguſtus iubebat ad expeditionem in Aegyptum, eius recuperandae cauſſa, omnia comparari, eamque in rem arceſſitos Caraca theſauros dilargiebatur, et die Martis, decimo noni menſis, vel decimo Sabati, movebat Damaſco fauſtis avibus. Id audientes Miſrae Bibars Gaſchnegir tyrannus, et eius ſatelles atque locumtenens Sallar groſſum expediebant

الموافق لعاشر سماط ، ولما بلغ بيبرس الجاشنكير وناييه ذلك جرّدا عسكرا ضخما مع برلغي وغيره من المقدمين ، فساروا الي الصالحية واقاموا بها ، وكان برلغي من اكبر اصحاب الجاشنكير ، وكانّ الشاعر اراده بقوله

فكان الذي استنصحت اوّل خاين وكان الذي اصطفيت من اعظم العدي ،

وسارت العساكر في خدمة السلطان وكان الفصل شتاء والخوف شديدا من الامطار وتوحّل الارض وقدّر الله تعالي لنا بالصحو والدفاء وعدم الامطار واستمر ذلك حتي وصلنا في خدمته الي غزة في يوم الجمعة تاسع عشر رمضان من هذه السنة ، ولما وصل السلطان الي غزة قدم الي طاعته عسكر مصر اولا فاوّلا ، وكان ممن قدم ايضا برلغي وغيره من المقدّمين ومعهم عدة كثيرة من العسكر ، ثم تتابعت الاطلاب وكان يلتقي مولانا السلطان في كل يوم وهو ساير طلب بعد طلب من الامراء والمماليك والاجناد ويقبّلون الارض ويسيرون صحبة الركاب الشريف ، ولما تحقق بيبرس الجاشنكير ذلك خلع نفسه من السلطنة وارسل مع ركن الدين بيبرس الدواداري ومع بهادراص يطلب الامان من مولانا السلطان وان يتصدّق عليه ويعطيه اما الكرك او حماة او صهيون وان يكون معه ثلثماية مملوك من مماليكه ، فوقعت اجابة السلطان الي ماية مملوك وان يعطيه صهيون ، واتمّ مولانا السير وهرب الجاشنكير من قلعة الجبل الي جهة الصعيد وخرج سلار الي طاعة مولانا السلطان والتقاه يوم الاثنين الثامن والعشرين من رمضان قاطع

exercitum cum Barlogio aliisque ducibus ad Salehicam, ubi caſtra ponebant. Erat quidem hic Barlogi maximus procerum et amicorum Bibarſi, ſed talis tamen erat, ut luſtrans rerum eventus hunc ipſum credas, non alium aliquem, ab illo vetere poëta deſignatum hoc verſu fuiſſe:

> Ac ſi primus et praecipuus, quem ſincere amicum reputabas, eſſet primus et praecipuus tui proditor; et ac ſi maximus eſſet hoſtis tunc ille, quem prae aliis omnibus tuae caritati et ſodalitio delegeras.

Maximae quidem huic expeditioni obſtabant a tempeſtatis inclementia metuendae moleſtiae. Hiems enim tunc erat, quae graves imbres et lutulentum ſolum et ineptum itineri militari ſolet importare. Deus tamen nobis pro ſapiente ſua rerum omnium moderatione coelum ſudum, pluviarum expers et tepidum largiebatur, donec die Veneris, decimo nono noni menſis, Gazam veniremus. Eo ſe ſubmiſſum Sultano noſtro alius poſt alium veniebant Barlogi ceterique duces et copiae Miſrenſes. Vlterius quoque procedenti accedebant quotidie unus et alter tam Emirorum, quam mamlucorum et militum gregariorum, qui terram oſculati coram domino excelſum eius iumentum pedites ſtipabant. Haec intelligens Bibars et tyrannidem tueri porro non poſſe nihil dubitans, ea ſe protinus abdicabat, et per Rocn-eddinum Bibarſum Davadaricum et Bahadaraſum veniam et immutatem a Sultano rogabat, ſimulque, ut pro ſua clementia ſibi aut Caracam, aut Hamatam, aut Sahiunam, indulgeret, et trecentos de familiae ſuae mamlukis, quos miniſtros et corporis cuſtodes haberet. Ad haec reſpondebat Sultan, ſe centum ipſi mamlucos et Sahiunam indulgere; propiusque deinceps atque propius Miſram admovebat; quamobrem Bibars ad Saïd [vel Thebaidem, aut Aegyptum ſuperiorem] aufugiebat. Sallar autem, praeferens obſequii ſignificationem, ſui copiam Sultano dignosque honores exhibebat citra Barcat el-Heggag [ſeu lacum

قاطع بركة الحجاج وقبّل الارض، وضرب لمولانا السلطان الدهليز بالبركة في النهار المذكور واقام بها يوم الثلثا سلخ رمضان وعيّد يوم الاربعا بالبركة ورحل السلطان في نهاره والعساكر الشامية والمصرية سايرون في خدمته وعلي راسه الجتر. ووصل الي قلعة الجبل وصعد اليها واستقر علي سرير ملكه بعد العصر من نهار الاربعا مستهلّ شوال من هذه السنة (اعني سنة تسع وسبعماية) الموافق لرابع ادار من شهور الروم، وهي سلطنته الثالثة، وفي يوم الجمعة ثالث شوال وهو اليوم الثالث من وصول مولانا السلطان سار سلار من قلعة الجبل الي الشوبك بحكم ان السلطان انعم بها عليه وقطع خبزه من الديار المصرية، واعطي السلطان نيابة السلطان بحلب سيف الدين قبجق وارتجع منه حماة، وسار قبجق من مصر يوم الخميس تاسع شوال ورسم لعسكر حماة بالمسير معه، وتصدّق عليّ وطيّب خاطري بانّه لابدّ من انجاز ما وعدني به من ملك حماة وانّما اخّر ذلك لما بين يديه من المهمات والاشغال المعوّقة عن ذلك، فسرنا مع قبجق من مصر متوجّهين الي الشام في التاريخ المذكور ووصلنا الي حماة يوم الخميس خامس عشر ذي القعدة من هذه السنة، ثم رسم السلطان للامير جمال الدين اقوش الافرم بصرخد، فسار اليها، وقرر نيابة السلطنة بالشام لشمس الدين قراسنقر، وقرر حماة للحاج بهادر الظاهري ثم ارتجعها منه وقرره في نيابة السلطنة بالحصون والفتوحات بعد عزل اسندمر عنها، وكان

illum, apud quem congregati ex Aegypto, Nubia, et Mauritania ſacri peregrinatores tendere ſolent]. Eodem ipſo in loco auguſtum auguſto praetorium erigebatur die Martis, ultimo noni menſis, in quo deſcendens ipſe diem illum et ſequentis diei Mercurii, Cal. decimi menſis, maximam partem exigebat, feſtivitatem diei Deieiunationis celebrans. Quo peracto promovebat eodem ipſo die, inter copias utrasque, Syras et Miſrenſes, pedibus euntes, praeeunte الجنز [ſeu vexillo, ut videtur], ad arcem montanam, in quam eſcendebat, et ſolium Sultanatus ſui rurſus occupabat, poſt veſperam eiusdem ipſius diei, Cal. decimi menſis anno DCCIX, qui dies incidit in quartum Adari. Sultanatus hinc ipſi tertius adoriebatur. Die deinceps et menſis, et reditus, tertio, eodemque Veneris, Schaubecam ibat Sallar, a domino iuſſus, qui eam ipſi attribuebat, ſed ſic ut ſtipendiis impoſterum careret, quae hactenus ex Aegypto perceperat. Die Iovis proximo, hoc eſt nono decimi menſis, Miſra exibat Saif-ed-din Capgac Halebum, novam provinciam, quam ipſi dominus, ademta vetere Hamata, demandabat. Abeuntem comitari iuſſae fuerunt Hamatenae copiae. Meam vero ſollicitudinem placabat dominus tum clementiſſimis promiſſis, dubium non eſſe affirmans, quin datam mihi fidem de indulgenda Hamata tandem aliquando impleat. Hoc autem praeſente temporis articulo id fieri non poſſe, ob ſpinoſa quaedam et curarum plena, quibus nunc mergatur, negotia, et occupationes, bonae ſuae voluntati adverſantes. Ibamus itaque dicto tempore cum Capgaco verſus Syriam, et die Iovis, decimo quinto menſis undecimi, Hamatam perveniebamus. Inde iubebatur Emir Gemal-ed-din Acuſch Afram Sarchodae praeeſſe; Schams-ed-din Cara Soncor Syriae; et Hag Behadur Dahericus Hamatae; quae tamen ipſi paullo poſt cum praefectura Conqueſtionum et arcium in Riperia Syriaca permutanda erat. Aſandemor enim, ab hac poſtrema provincia demotus, Hamatam rogabat a Sultano, eo fine

وكان قد حصلت بيني وبين اسندمر عداوة مستحكمة بسبب ميله الي اخيه t فقصد ان يعدل بحماة عنّي اليه ، فلم توافقه السلطان الي ذلك ، فلما راي ان السلطان يتصدّق بحماة عليّ طلبها اسندمر لنفسه ، فما امكن السلطان منعه منها ، فرسم السلطان بحماة لاسندمر وتاخّر حضوره لامور اقتضت ذلك ، وقرر السلطان الامير سيف الدين بكتمر الجوكاندار في نيابة السلطنة بديار مصر *

ذكر القبض علي بيبرس الجاشنكير الملقب بالملك المظفر، كان المذكور قد هرب من قلعة الجبل عند وصول مولانا السلطان الي الصالحية واخذ منها u جملا كثيرة من الاموال والخيول وتوجه الي جهة الصعيد ، فلما استقرّ مولانا السلطان بقلعة الجبل ارسل اليه وارتجع منه ما اخذه من الخزاين بغير حقّ ، ثم ان بيبرس المذكور قصد المسير الي صهيون حسبما كان قد ساله ، فغوّز من اطفيح الي السويس x وسار الي الصالحية ثم سار منها حتي وصل الي موضع باطراف بلاد غزة يسمي العنصر قريب الدارم ، وكان قراسنقر متوجها الي دمشق نايبا بها علي ما استقرّ عليه الحال ، فوصل اليه المرسوم بالقبض علي بيبرس الجاشنكير ، فركب قراسنقر وكبسه بالمكان المذكور وقبض عليه به وسار به الي جهة مصر حتي وصل الي الخطارة ، فوصل من

p) سبعون Legi poteſt تسعون et Forte pro يوما legendum ميلا

q) خمان Paullo poſt eſt خمام et infra alio loco الخام

potiſſimum, quo mihi aegre faceret, homo mihi, ſi quis alius, maxime exoſus, quandoquidem fratri meo favens atque ſtudens, Hamatae poſſeſſione illum beare, me autem evolvere laborabat, me cui norat eam a Sultano clementiſſime promiſſam fuiſſe. Fiebat quoque voti ſui compos. Dominus enim negare ipſi petitionem nequibat tum quidem, ancipite momento temporum, recente adhuc poteſtate, nequedum ſatis confirmata, ſuorumque animos nondum ex integro ſibi addictos nactus. Itaque accipiebat Aſandemor diploma inveſtiturae Hamatae; quo tamen quominus e continente adeſſet, efficiebant aliqua Miſrae ipſi expedienda negotia. Tandem Emir Saif-ed-din Gukandar Aegypti Pro-Sultanus nuncupabatur.

Iam ſupereſt, ut, quid de Bibarſo Gaſchnegiro factum, videamus, illo, qui ſub Malec el-Modafferi titulo Sultanatum uſurpaverat. Is, ut modo dicebamus, quum legitimus dominus et Sultan noſter Salehicam cum copiis utriusque regni appelleret, fortunae virisque ſuis diffidens, ex arce montana magno cum numero tam ſupellectilis quam pecuniae, et equorum, quae non ad ipſum, ſed ad auguſtum, ſpectabant, in Aegyptum ſuperiorem aufugerat. Nunc autem confirmatus in imperio dominus curabat iniquo raptori per ſubmiſſos quaeſtores omnes rapinas adimi. Bibars inde Sahiunam tendens, quae ipſi petenti indulta et aſſignata fuerat, traiectu ex Atfiho in Saviſam [vel Sues] per deſertum facto, ibat Salehicam, inde ad locum in extremo agro Gazaeo, cui nomen eſt Anſar, prope Darumam; ubi comprehenſus a Cara Soncoro fuit. Hic enim, dum Miſra Damaſcum abibat, vicariatu Sultanatus in Syria defuncturus, quemadmodum decretum et ordinatum fuerat, accipiebat ipſo in itinere mandatum ab auguſto, Bibarſum in vicinia verſantem comprehendendi. Derepente igitur obrutum illo in loco, quem modo nominabamus, Cara Soncor Bibarſum retro verſus Miſram ſecum rapiebat usque ad Chattaram; ubi delegatus

من الابواب الشريفة السلطانية اسندمر الكرجي وتسلّم بيبرس الجاشنكير من قرا سنقر وامر قرا سنقر بالعود، فعاد الي الشام، فوصل اسندمر بيبرس الجاشنكير، فحال وصوله الي قلعة الجبل اعتقل يوم الخميس رابع عشر ذي القعدة من هذه السنة، فكان اخر العهد به، وكانت مدة سلطنة بيبرس المذكور الملقب بالملك المظفر احد عشر شهرا،

تغاني الرجال علي حبّها ولا يحصلون علي طايل *

وفيها غلب بيان بن قبجي علي مملكة اخيه y، فاستنجد وطرده عنها، واتفق موت كبلك عقيب ذلك، وخلف ولدا اسمه قشتمر بن كبلك، فاستنجد قشتمر وطرد عمه بيان واستقر في ملك ابيه كبلك، وقيل ان الذي طرد بيان هو اخوه منغطاي بن قبجي *

وفيها وردت الاخبار بان الفرنج قصدت ملك غرناطة بالاندلس وهو نصر بن محمد بن الاحمر، فاستنجد بسليمان المريني صاحب مراكش واتفع ابن الاحمر مع الفرنج *

وفيها

r) الجنبز Num recte?

s) حصلت (aut وقعت) deerat cod. Leid.

t) اخيه Procul dubio اخي legendum.

v) منها C. L. منه Num معه?

x) السويس C. L. السوس Infra alio loco eft شويش

y) Num deeft aliquid? Forte اخوه فاستنجد اخيه كبلك وطرده

gatus ab excelſis portis [vel auguſto palatio] Aſandemor Corgicus ipſi occurrebat, et captivum ex eius manibus deditione accipiebat, et, poſtquam Soncorum redire ad provinciam ſuam auguſti nomine iuſſerat, Bibarſum porro in arcem montanam deportabat, ubi protinus cuſtodiae commendatus hic uſurpator fuit, e qua rurſus deinceps non comparuit. Id quod contigit die Iovis, decimo quarto menſis undecimi huius anni. Itaque finiit eius tyrannis undecimeſtris (134), et veritatem comprobavit eius quod poëta dicit:

Diſpereunt homines, dum illi* inhiant, unus poſt alterum, neque tamen de illa conſequuntur quod operae pretium faciat.

Eodem extorquebat Baian filius Capgi, fratri ſuo, Coblaco, Gaznae dominium. Coblac viciſſim, cum conſcitis aliunde viribus, fratrem exigebat. Sed paullo poſt vivis excedebat idem Coblac, antequam Baianum omnino comprimere, filioque atque haeredi ſuo, Caſchtimuro, regni poſſeſſionem tutam et tranquillam tradere potuiſſet. Caſchtimur igitur opus habebat, ad patris exemplum, alieno auxilio patruum exturbare; quo facto demum collocabat firmum in imperio gradum. Sunt qui neque a Coblaco, neque a Caſchtimuro, debellatum perhibent Baianum, ſed ab eius fratre, Mongatai, filio Gapgii.

Eodem veniebat in Miſram fama, Francos adverſus Garnatae [vel Grenadae] regem, qui tunc erat Naſr (135), filius Muhammedis, Ibn-el-Ahmar, educere; et hunc adſcitis Solaimani, Marinidae, Mauritaniae domini, ſuppetiis ſigna cum Francis contuliſſe.

Eodem

* Abulfeda de tyrannide loquitur. Poëta (eſt autem is Motanabbius) de fortunis mundanis in genere loquebatur.

وفيها تزوّج خربندا ملك التتر بنت صاحب ماردين الملك المنصور غازي بن قرا ارسلان وحملت اليه الي الاردو *

وفيها في يوم الاربعا خامس ذي الحجة حضر مهنّا بن عيسي الي حماة وطلب توفيق الحال بيني وبين اخي بسبب حماة ، فلم يتفق حال *

وفيها في ثامن عشر ذي الحجة حضر بدر الدين بيليك السديدي الي حماة وحكم فيها نيابة عن اسندمر وحضر صحبته من السلطان اسندمر ، وبقي الانتظار حاصلا لقدوم اسندمر الي حماة *

وفيها في يوم الاثنين الرابع والعشرين من ذي الحجة خرجت من حماة مظهرا اني متوجه الي دمشق لملتقي اسندمر ، فارسلت في الباطن اسال من صدقات مولانا السلطان ان يمكنّي من المقام بدمشق ومفارقة حماة ، فانه قد كان استحكم في خاطر اسندمر من عداوتي * ، فخشيت من المقام بحماة تحت حكم المذكور ، فتركتها وسرت الي دمشق ودخلتها في يوم الجمعة الثامن والعشرين من ذي الحجة من هذه السنة ، ووصل اسنبغا مملوكي من الابواب الشريفة يوم الاربعا رابع المحرم من سنة عشر وسبعماية بمقامي بدمشق وتصدّق عليّ السلطان بخلعة كردوحش وكلوتة زرنشي a ورسم لي بغلّة من حواصل دمشق وان اقيم بدمشق ويكون خبزي بحماة مستقرّا عليّ

a) Num poſt deeſt شي عظيم من عداوتي

Eodem ducebat Charpanda, rex Tatarorum, in matrimonium filiam domini Merdinae, Malec el-Manſuri Gazii, filii Cara Arſlani. Sponſa ipſi ad Ordu [ſeu auguſtam, quam ille tum obtinebat, ſtationem,] deducebatur.

Eodem anno, menſis duodecimi die quinto, eodemque Mercurii, aderat Mahanna, filius Iſae, Emirus Arabum, Hamatam, ut ſimultas me inter fratremque meum ob Hamatae poſſeſſionem obortas amice componeret. Sed nihil proficiebat, neque poterat nos conciliae.

Eiusdem menſis die decimo octavo veniebat Hamatam Bedr-ed-din Bilik Sadidicus, interea ius ibi dicturus, donec ipſe, cuius vices gerebat, et quem exſpectabamus, Aſandemor adeſſet.

Eiusdem menſis die vigeſimo quarto, eodemque Mercurii, exibam Hamata, prae me ferens, Damaſcum ire, ibique occurrere Aſandemoro velle. Sed alia omnia deſignabam. Odium, quo me Aſandemor perſequebatur, altas in eius animo radices egerat. Metuens igitur et nolens ego in patria potentis inimici arbitrio et inſolentiae ſubeſſe, mittebam mamlucum meum, Aſanbogam, clam ad excelſas portas, cum ſupplicatione, velit auguſti clementia mihi copiam apud Damaſcum commorandi facere; allegans rationes, quae mihi patriam ingratam porro, quin et formidoloſam, efficiant. Ego vero interea, benignum a domino reſponſum exſpectans, proficiſcebar Damaſcum, ubi die Veneris, vigeſimo et octavo eiusdem menſis appellebam. Mamlucus autem meus, Aſanboga, paullo poſt, die nempe Mercurii, quarto primi menſis anni DCCX eodem ad me conveniebat ex Aegypto redux, cum ſtola كردوحش et reticulo رزنش quibus me clementia Sultani noſtri donabat, et cum mandato, quo mihi non tantum venia fiebat Damaſci ſubſiſtendi, verum etiam ex eius reditibus aliquod aſſignabatur ſtipendium, ſic, ut et ſtipendia, quae hactenus ex agro Hamateno perceperam, et milites, quos

عليّ وكذلك اجنادي ، وامرني فاستغريت b بدمشق ونزحت عن حماة ✡

ثم دخلت سنة عشر وسبعماية ، ذكر وصول اسندمر الي دمشق متوجها الي حماة ، في هذه السنة في يوم الثلثا العاشر من المحرم وصل اسندمر من الابواب الشريفة متوجها الي حماة نايبا بها ، وكنت حينيذ مقيما بدمشق كما ذكرنا ، فخرجت الي الكسوة والتقيته ووجدت عنده لمقامي بدمشق وخروجي عن حكمه امرا عظيما ، واخذ يخدعني يستميلني ويطيّب خاطري ويسالني المسير معه الي حماة ، فلم اجبه الي ذلك ، فدخل الي قرا سنقر وساله في ارسالي صحبته طوعا او كرها ، فاجابه ان السلطان رسم بمقامه بدمشق فلا يمكن خلاف ذلك ، فاقام اسندمر بدمشق اياما قلايل وتوجه الي حماة ودخلها في يوم الثلثا الرابع والعشرين من المحرم من هذه السنة ✡

ذكر القبض علي سلار ، كان سلار بالشوبك وقد عزم علي الهروب منها ، فارسل السلطان اليه واستدعاه بعد ان عرض عليه المسير الي حماة ويكون نايبا بها ، ورسم لاسندمر فسار من حماة الي دمشق واخلي حماة لاجل سلار ، وتردّدت المراسلات اليه ، فحضر سلار الي الابواب الشريفة بديار مصر في

a) زركش Num زرنش ?
b) فاستغررت pro فاستغريت

hactenus habueram, mihi porro, quamvis abſenti, haud ſecus, ac ſi Hamatae viverem, continuarent.

Anno DCCX [qui die 30 Maii A. C. 1310 coepit] die quodam Martis, decimo primi menſis, appellebat ab excelſis portis Aſandemor Damaſcum, verſus Hamatam porro contendens, ut ibi ſcilicet Sultani vices gereret. Huic ego obviam ibam ad Kesvam* et amplexabar illum. At ille, audiens et videns, me imperio ſuo ſubtractum Damaſci vivere, caſu inopinato et minus grato vehementer perculſum pariter atque exaſperatum ſe monſtrabat, tentabatque modos omnes, quibus me rurſus poteſtati ſuae ſubiiceret. Et primum quidem blanditiis me deceptum et irretitum ibat; quibus quum aurem non praeberem, neque paterer me abripi, vim admovebat, et generalem Damaſci Syriaeque totius curatorem, Caraſoncorum adibat, rogans, vellet me volentem nolentem Hamatam ablegare. Hic autem eo arcebat hominis impudentiam, quod monſtrabat auguſtum me peculiare mandato Damaſco alligaſſe, quod violare nemini liceat. Solus igitur et ringens poſt exactos apud Damaſcum aliquot dies Hamatam abibat Aſandemor, ubi appellebat die Martis, vigeſimo quarto primi eiusdem menſis.

Verum diu ibi non permanebat; hanc ob cauſſam. Intelligebat Sultan Sallarum Schaubeca, quo ablegatus cum dignitate praefecti fuerat, fugam meditari. Excitabat igitur ipſum ad ſe in Aegyptum. Sed ceſſitabat homo male parens, itinerique ſuo male ominans. Quum ergo aliter elici et irretiri, quam pulchris verbis et ſplendidis pollicitationibus, nequiret, proponebat Sultan ipſi praefecturam Hamatae, et, quo magis perſuaderet diffidenti, verba ipſi non dari, iubebat ut Aſandemor Hamata Damaſcum excederet. Quod videns factum Sallar, et tandem aliquando frequentibus, quae ultro citroque commeabant, legationibus inductus, ingrediebatur iter, et appellebat ad excelſas

* Videtur loci nomen eſſe.

في سلخ ربيع الاخر من هذه السنة وقبض علي سلار المذكور فكان اخر العهد به واحتيط علي غالب موجوده لبيت المال وكان شيا كثيرا *

ذكر استقراري بحماة وعودها الي البيت التغوي وما يتعلق بذلك ، وفي هذه السنة توفي الحاج بهادر النايب بالسواحل الشامية في يوم الثلثا العشرين من ربيع الاخر ووصل مهنا بن عيسي الي دمشق وتوجه منها الي مصر في يوم السبت مستهلّ جمادي الاولي ، وكان السلطان حريصا الي انجاز ما وعده بان يقيمني بحماة وتاخّر ذلك بسبب مداراته لاسندمر وغيره ، فلما اتفق موت الحاج بهادر ووصول مهنا بن عيسي الي الابواب الشريفة اعطي مولانا السلطان ، نيابه السلطنة بالسواحل والفتوحات لاسندمر وتصدّق عليّ بحماة والمعرّة وبارين وارسل تقليد اسندمر بالسواحل مع منكوتمر الطباخي ، فوصل الي دمشق في يوم الاحد ثالث وعشرين جمادي الاولي وسار الي حماة ، فلم يجب اسندمر الي المسير الي الساحل وامتنع من قبول التقليد والخلعة وردّ التقليد صحبة منكوتمر المذكور ، فعاد به الي دمشق ، واتفق عند ذلك موت سيف الدين قبجق نايب السلطنة بحلب في يوم السبت سلخ جمادي الاولي ، فلما

a) مولانا السلطان deerat in cod. L.

portas apud Miſram ultimo die quarti menſis huius anni. Sed vix aderat, quum comprehenſus et in carcerem coniectus fuit, e quo deinceps nunquam in publicam lucem rediiit; maxima vero pars opum eius, quae immanes erant, aerario fuit adiecta.

Per hanc igitur occaſionem vacuabat Aſandemor Hamatam, adverſarius meus, mihi locum facturus. Ego enim ipſi, quod procul dubio noluerat, e continente in praefecturam patriae meae ſuccedebam. Quod qua mirabile ratione, quam faventibus et in idem tempus eundemque finem concurrentibus inopinatorum caſuum momentis contigerit, dicendum mihi nunc eſt. Nimirum die Martis, vigeſimo quarti menſis huius anni, obibat Hag Behadur, Sultanicus in maritimis Syriacis Locumtenens. Sultan igitur Hamatae toties mihi promiſſae bene memor, et quam maxime cupidus fidem verbis ſuis tandem aliquando facere, quod in hoc tempus reiicere, licet invitus, ideo debuerat, quia rerum ſuarum praeſens ratio ipſum Aſandemoro aliisque ducibus palpari et gratificari volebat; rapiens oportunitatem iſtam, mandabat Aſandemoro quidem vacuatam morte viri modo nominati provinciam, mihi autem Hamatam, Maarram et Barinam, tum quidem ut Sultanico tantum ibi Locumtenenti, nondum ut conſtanti principi, quod deinceps contigit, aſſignabat. Sentio non parum hac in re mihi profuiſſe ſtudium Mahannae, filii Iſae, Emiri Arabum, qui vir, familiae noſtrae favens, a morte Behaduri ſtatim Damaſcum aderat, et [communicatis mecum ſuis conſiliis, meisque inſtructus] Miſram porro pergebat; quo quum perveniſſet die Sabbati, ipſis Calendis quinti menſis, accidebat, ut Sultan, pro conſueta ſua clementia, luculento iſto beneficio atque munere me bearet, et diploma expediret, quo Aſandemor Hamata omiſſa iubebatur ad Riperiam abire, eiusque curam capeſſere. Cui litteras iſtas cum ſolita honoris ſtola legatus ab auguſto perferebat, Mangutimur Tabbachicus, Damaſcum is veniebat [ubi ego tunc agebam], die Solis, vigeſimo tertio quinti menſis,

فلما وصل خبر موته الي الابواب الشريفة انعم السلطان بنيابة السلطنة بحلب علي اسندمر موضع سيف الدين قبجق وانعم علي جمال الدين اقوش الافرم بنيابة السلطنة بالفتوحات ونقله من صرخد اليها واستقرّت حماة للعبد الفقير الي الله تعالي اسماعيل بن علي مولّف هذا الكتاب ووصل اليّ بدمشق التقليد الشريف بحماة صحبة الامير سيف الدين قجلس d الناصري السلحدار، واعطيت حماة في هذه المرة علي قاعدة النواب، وكان تاريخ التقليد في ثامن عشر جمادي الاولي سنة عشر وسبعماية حسب e المرسوم الشريف وخرجت من دمشق متوجها الي حماة وصحبتي الامير سيف الدين قجلس المذكور في يوم الاربعا الثامن عشر من جمادي الاخرة واسندمر مقيم بحماة وهو في اشدّ ما يكون من الغضب بسبب فراق f حماة وكوني قد شملتني بها الصدقات الشريفة السلطانية حتي انه عزم انه يقاتلني ويدفعني عنها، وكان قد طلع جميع العسكر الحموي الي لقاي والتقوني قاطع حمص ووصل الي اسندمر مملوكه سنقر من الابواب الشريفة وخوّفه من

d) قجلس vel قحبس Vtroque modo ſcriptum reperi hoc nomen in codice Leidenſi.

e) Ante حسب forte aliquid deeſt.

f) فراق Forte فراقه

menſis, et inde porro Hamatam [ad Aſandemorum*] pergebat. Cui deſtinata tradebat. Verum tantum aberat ut promtus ire vellet Aſandemor, quo amandabatur, ut potius [ſeu odio mei, morasque mihi atque moleſtias iniecturus, quod ſe velle ſatis deinceps commonſtravit; ſeu lautiorem provinciam cum deteriore commutare dedignatus,] diploma pariter atque ſtolam repudiaret, et Mangutimurum perlatorem cum iſto apparatu eo, unde venerat, relegaret. Traxiſſet hoc negotium, ut videtur, turbas, ſaltim morarum aliquid iniecisſet, niſi fatum interea Saif-ed-dinum Capgacum, Sultanicum apud Halebenſes Locumtenentem, die Sabbati, quinti menſis ultimo, abſtuliſſet, eoque de caſu certior factus dominus defuncti provinciam male contento Aſandemoro attribuiſſet, huic autem antea deſtinatam Riperiam Gemal-ed-dino Acuſcho Aframo, Sarchoda excito.

Sic igitur absque contentione Hamatam adipiſcebatur Abd-el-fakir ila 'llah [ſervus dei, divinae gratiae, ſi quis alius, maxime indigus] Iſmaël, filius Alii, compilator huius compendii. Eius inveſtiturae diploma die decimo octavo quinti menſis huius anni DCCX ſcriptum et editum perferebat ad me Damaſcum Emir Saif-ed-din Caglis Naſericus Salemdar. Non poſſum fati mei conſtantiam non mirari, quod et urbem Damaſcum, et quintum anni menſem, ſecreta quadam neceſſitate mihi felices et memorabiles eſſe voluit. Illa enim in urbe, illoque menſe, olim editus in lucem eodem in loco eodemque tempore accipiebam nunc auguſtum mandatum, quod Hamatae me gubernatorem imponebat. Cuius vi Damaſco illuc exibam, una cum Emiro modo nominato, die Mercurii, decimo octavo ſexti menſis; quo tempore Aſandemor adhuc apud Hamatam haerebat, propterea, quod urbem illam mihi clementiſſime deputatam inimiciſſimo ſuo permittere debebat, adeo ira frendens ut armis a patria

* Neceſſe igitur eſt illum Damaſco illuc rediiſſe.

من عاقبة فعله ، فتوجه اسندمر من حماة ضحي يوم الاثنين المذكور ودخلت الي حماة عقيب خروجه منها في النهار المذكور ، وكان استقراري في دار ابن عمي الملك المظفر بحماة بعد الظهر من نهار الاثنين الثالث والعشرين من جمادي الاخرة من هذه السنة (اعني سنة عشر وسبعماية) الموافق لسادس عشر كانون الثاني ، وكان خروج حماة عن البيت التقوي الايوبي عند موت السلطان الملك المظفر صاحب حماة في يوم الخميس الثاني والعشرين من ذي القعدة من سنة ثمان وتسعين وستماية وعودها في تاريخ التقليد وهو ثامن عشر جمادي الاولي سنة عشر وسبعماية ، فيكون مدة خروجها من البيت التقوي الي ان عادت اليه احدي عشرة سنة وخمسة اشهر وسبعة وعشرين يوما ، ولنذكر جملة من اخبار حماة ، وقد ذكرت في اخبار داود وسليمان في الكتب الاربعة والعشرين التي مع اليهود ، ثم صارت بلدة صغيرة حتي صارت من اعمال ، ثم ان اسطيتينوس g ملك الروم بني اسوار حماة في اول سنة من ملكه وفرغ منها في سنتين وبقيت مع الروم حتي فتحها ابو عبيدة بن الجراح بالامان بعد فتوح حمص وبقيت مضافة الي حمص وتواردت عمّال الخلفاء الراشدين علي حمص حتي ملكت بنو امية واقاموا بدمشق فتواردت

g) Corruptum fine dubio eſt nomen اسطيتينوس, quod quid ſibi velit neſcio. In verſione latina effeci inde *Juſtinianum*, dubitans an recte. Si quis قسطنتينوس reſcribere velit, habebit *Conſtantinum*.

patria provinciaque mea me arcere velle palam aſſeveraret minarum ferox, et arcuiſſet profecto, niſi vidiſſet copias Hamatenas, flocci facta eius indignatione, obviam mihi egredi, quae me quoque citra Hemſam humaniter excipiebant adventantem, et imperatorem ſalutabant; et niſi porro eodem ipſo tempore ab excelſis portis ad ipſum veniſſet mamlucus eius, et hero conſilium diſſuaſiſſet, ob oculos ipſi ponens tantae contumaciae et temeritatis metuendas auguſtorum mandatorum contemptori certiſſimas poenas. Exibat igitur Aſandemor Hamata ſole adulto die Lunae, vigeſimo tertio ſexti menſis huius anni DCCX, qui dies incidit in decimum ſextum Canuni poſterioris. Illo egreſſo intrabam ego, et occupabam aedes mei quondam patruelis, Malec el-Modafferi, poſt meridiem eiusdem diei; et ſic reducebam principatum Hamatae urbis ad familiam noſtram Eiubicam, a Taki-ed-dino Omaro conditam, e qua ſtatim a morte modo dicti Sultani Malec el-Modafferi, hoc eſt a die Iovis inde, vigeſimo ſecundo menſis undecimi, anni DCXCVIII abfuerat. Qua ab epocha elapſum tempus ſi computes ad illum usque diem, quo mihi mea ſcripta fuit commiſſio, quo ipſo nempe principatus maiorum noſtrorum ad nos redibat, deprehendes nos privatos iacuiſſe per annos undecim quinque menſes et 27 dies.

Iam breve proponamus in tabella, memoriaque perſtringamus fata, quae noſtra haec urbs ab initio inde ad noſtra haec tempora ſubiit. Iam Davidis et Salomonis aetate urbs erat magni nominis. Eius enim honorifica mentio fit in illis viginti quatuor libris, quos Iudaei manibus verſant, et pro ſacris venerantur. Obſoleſcente deinceps eius ſplendore latebat diu aliarum praeturarum acceſſio, donec eam Iuſtinianus rex Romanorum, primo regni ſui anno moenibus induere inſtitueret; id quod opus erat biennii. Manebat inde ſub regum Romanorum [hoc eſt Imperatorum Graecorum] iurisdictione, donec Abu-Obaida, filius Garrahi, poſt expugnatam Hemſam pacis pacto Muſlemis

فتواردت عمّالهم عليها ، ثم لما صارت الدولة لبني عباس تواردت عمالهم علي حمص ايضا وعلي حماة وغيرهما ، ثم استولت الغرامطة علي حماة وقتلوا فيها مقتلة كبيرة من اهلها ، ثم صارت لصالح بن مرداس الكلابي صاحب حلب ، ثم صارت للامير سهم الدولة خليفة بن جيهان h الكردي ، ثم صارت لشجاع الدولة جعفر بن كلند والي حمص ، وفي سنة سبع وسبعين واربعماية تقدم i خلف بن ملاعب صاحب حمص قلعة حماة ، ثم اقطع السلطان ملكشاه حماة لاقسنقر مضافة الي حلب وبقيت له الي ان قتله تتش ، ثم صارت حماة لمحمود بن علي بن قراجا وكان ظالما ، ثم صارت حماة لطغتكين صاحب دمشق ، ثم صارت للبرسقي ثم لولده عز الدين مسعود بن اقسنقر البرسقي ، ثم صارت لبهاء الدين سونج بن بوري بن طغتكين ، ثم صارت لعماد الدين زنكي بن اقسنقر ، ثم ارتجعها منه شمس الملوك h اسماعيل بن بوري بن طغتكين ، ثم استولي عليها عماد الدين زنكي ، ثم صارت حماة لنور الدين محمود بن زنكي ، ثم صارت لولده الملك الصالح اسماعيل بن محمود ، ثم صارت لصلاح الدين يوسف بن ايوب ، ثم اعطاها خاله شهاب الدين محمود الحارمي l بن تكش ، ثم صارت للملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب ، ثم صارت لولده الملك المنصور محمد بن عمر ، ثم صارت لولده الملك الناصر قليج ارسلان بن محمد ، ثم صارت لاخيه الملك المظفر محمود بن محمد ، ثم

h) جيهان Num recte?

i) تقدم Propius ad litteram foret هدم sed ad fenſum rectius بني

eam ſubigeret. Quo ex tempore ad Emeſſam accenſita fuit, et qui hanc ſucceſſive regebant legati primorum quatuor legitimorum Chalifarum ſimul quoque Hamatam curabant. Quum deinceps Ommiadae ſumma rerum potiti apud Damaſcum reſiderent, immittebant urbi noſtrae e vicino ſuos legatos unum poſt alterum. Devoluto deinceps ad Abbaſi gentem imperio, et eius ſede Bagdadum translata, veniebant illinc ut Hemſae, ceterisque Syriae nomis, ita quoque Hamatae, ſui praefecti. Sub horum Abbaſidarum Chalifatu ſtragem longe lateque per Syriam circumferentes impii Carmatitae Hamatam quoque torrente ſanguinis inundabant. Inde parebat Saleho, filio Mardaſi, Kelabitae, Halebi domino; poſt eum Emiro Sahm-ed-daula Chalifa, filio Gihani, viro Curdo; tum Schogga-ed-daula Gafaro, filio Calandi, praefecto Hemſae. Anno CCCCLXXVII condebat Chalaf, filius Molaëbi, dominus Hemſae, arcem Hamatenam. Dein perveniebat ad Acſoncorum tum, quum Sultan Malicſchah ipſi provinciam Halebenſem, et cum ea Hamatam, tribueret. Quem poſtquam Tanaſch de vita ſuſtuliſſet, obtingebat Hamata Mahmudo, filio Alii, filii Caraga, viro improbo; tum Togtekino, Damaſci domino; tum Acſoncoro Borſakio, eiusque filio Azz-ed-dino Maſudo; dein Baha-ed-dino Sunego, filio Buzii, filii Togtekini; tum Emad-ed-dino Zenkio, filio Acſoncori, quem Schams-ed-din Iſmaël quidem, filius Buzii, filii Togtekini, eiiciebat, at Zenkius tamen eam viciſſim repetebat. Ab hoc tranſibat Hamata ad eius filium, Nur-ed-dinum, ab hoc ad huius filium, Malec es-Salehum Iſmaëlem. Inde nactus eam Salah-ed-din Iuſuf, Eiubi filius, donabat (136) avunculo ſuo, Schahab-ed-dino Mahmudo Haremico, filio Tagaſchi, et tandem ſuo ex fratre nepoti, Malec el-Modaffero Omaro, filio Schahinſchahi, filii Eiubi. A quo filius accipiebat, Malec el-Manſur Muhammed, inde filius, Malec en-Naſer Kilig Arſlan; inde huius frater, et prioris filius, Malec el-Modaffer Mahmud; huius porro

ثم صارت لولده الملك المنصور محمد بن محمود ، ثم صارت لولده الملك المظفر محمود ، ثم خرجت عنهم ، فتولي فيها قرا سنقر ثم زين الدين كتبغا ثم سيف الدين قبجق ثم سيف الدين اسندمر ثم صارت لمولّف هذا الكتاب اسماعيل بن علي بن محمود بن محمد بن عمر بن شاهنشاه بن ايوب ، ولنرجع الي بقية حوادث هذه السنة (اعني سنة عشر وسبعماية) ، ولما قاربت حماة ونزلت الرستن المسني الامير سيف الدين قجليس النشريف السلطاني ، وهو اطلس احمر بطراز زركش فوقاني وتحته اطلس اصفر وكلوته زركش وشاش رقم ومنطقة ذهب مصري وسيف محلّي بذهب مصري ، واركبني حصانا برقيا بسرجه ولجامه ، ودخلت حماة بذلك وقري التقليد الشريف بحضور الناس ، واعطيت الامير سيف الدين المذكور اربعين الف درهم واوصلته بالخلع والخيول وتوجه من حماة في يوم الاحد التاسع والعشرين من جمادي الاخرة من هذه السنة ، واتفق لي شي عجيب وهو ان مولدي بدمشق في جمادي ووصلني تقليد حماة بدمشق في جمادي ، واقمت بحماة وحصّلت التقدمة علي جاري عادة اهلي وارسلت سالت من صدقات السلطان دستورا بالتوجّه الي الابواب الشريفة ، فرسم لي بذلك ، فخرجت من حماة في مستهلّ شوال من شهور هذه السنة ودخلت مصر وحضرت بين يدي المواقف الشريفة يوم الثلثا مستهلّ ذي القعدة من هذه السنة وقدّمت التقدمة في غد ذلك ، فشملتني

k) ارتجعها منه شمس الملك deleta et obfcurata erant in C. L.

l) الحاري C. L. الحارمي

Mahmudi filius, Malec el-Manſur Muhammed; tandem huius filius, Malec el-Modaffer Mahmud. Cuius ab obitu excedebat ille principatus ex Eiubitica familia, habebatque curatores hoc ordine; Caraſoncorum, tum Zain-ed-dinum Ketbogam, inde Saif-ed-dinum Capgacum, denique Saif-ed-dinum Aſandemorum. Tandem pervenit Hamata ad huius libri auctorem, Iſmaëlem, filium Alii, filii Mahmudi, filii Muhammedis, filii Omari, filii Schahinſchahi, filii Eiubi.

His itaque expoſitis, ad ordinem officiumque noſtrum redimus. Quum ergo prope ab Hamata iam abeſſem et deſcendiſſem apud Raſtanam, induebat mihi Emir Saif-ed-din Caglis Taſchrifam (137) [ſeu ſtolam principalem] a Sultano mihi deſtinatam. Conficiebant autem illam chlamis ſuperior ex athlas rubro cum limbo auro picto, tunica ex athlas flavo, Kelute auro, et taenia acu pictae, cingulum auro fulgens Aegyptiaco et gladius pariter. Iumentum, quod mihi dabat, erat equus Barkenſis, cum ſella et fraeno integroque apparatu. Ea in pompa intrabam Hamatam, publiceque praelegebatur inſtrumentum inveſtiturae meae. Quibus peractis donabam dicto Emiro, Saif-eddino, meo promotori, quadraginta millia drachmarum, ſplendidasque ſtolas et equos; quibuscum exibat Hamata die Solis, nono et vigeſimo ſexti menſis huius anni. Ego vero Hamatae permanebam, et digna Sultano noſtro munera, neque iis inferiora, quae gentiles mei Sultanis Miſrenſibus olim offerre tanquam vaſalli conſueverant, comparabam, rogabamque per legatos, in Aegyptum veniendi meaque dona coram exhibendi veniam mihi indulgeri; et nactus Hamata exibam Cal. decimi menſis, die quodam Martis, et ipſis pariter Cal. undecimi menſis Miſram perveniebam, ubi ſalutato ſacro limine ſtatim altero die poſt adventum meum offerebam mea dona, quae clementiſſime dignabatur Sultan accipere, viciſſimque me cum toto meo comitatu ſtolis ornabat ſplendidis, et equo donabat, et itineris refundebat impen-

فشملتني الصدقات بقبول ذلك ثم افاض عليّ وعلي جميع من كان في صحبتي الخلع وتصدّق بالمركوب والنفقة واعادني الي بلدي بحبور الحبور m ، فوصلت الي حماة في يوم الثلثا سابع ذي الحجة من هذه السنة الموافق لسابع عشرين نيسان *

ذكر ملوك الغرب ، في هذه السنة (اعني سنة عشر وسبعماية) توفي ابو الربيع سليمان بن عبد الله بن ابي يعقوب يوسف في منتصف هذه السنة وجلس في الملك بعده عم ابيه ابو سعيد عثمان بن ابي يوسف يعقوب بن عبد الحق في شهر رجب من هذه السنة واستقرت قدمه في الملك *

ذكر القبض علي اسندمر نايب السلطنة بحلب ، كان السلطان قد جرّد عسكرا مع كراي المنصوري وشمس الدين سنقر الكمالي ، فساروا واقاموا بحمص ، ولما وصلت الي حماة عايداء من الابواب الشريفة ركبوا من حمص وساقوا ليكبسوا اسندمر بحلب ويبغتوه بها ، فانه كان مستشعرا لما كان قد فعله من الجرايم ، وارسل كرايه المذكور اليّ يعلمني بمسيرهم وان اسير بالعسكر الحموي واجتمع بهم لهذا المهمّ ، فخرجت من حماة يوم الخميس تاسع ذي الحجة من هذه السنة (هو ثالث يوم من وصولي من الابواب الشريفة) ونزلت بالعباديه وسقنا نهار الجمعة وبعض الليل ووصلنا الي حلب بعد مضي ثلثي n الليلة المسفرة عن نهار السبت حادي عشر ذي الحجة واحتطنا بدار النيابة التي فيها اسندمر تحت قلعة حلب وامسكناه بكرة السبت واعتقل بقلعة حلب وجهز

m) بحبور الحبور Num recte? Forte محبور الحبور

impenſas, gravemque bonis et ſplendidis rebus omnibus Hamatam rurſus dimittebat, ubi appellebam die Martis, ſeptimo duodecimi menſis huius anni, vel vigeſimo ſeptimo Niſani.

Eodem anno medio vivis excedebat Abu 'r-Rabius Solaiman, filius Abdallae, filii Abu-Iacobi Ioſephi [de gente Marinidarum]. Cui ſuccedebat patris patruus, Abu-Saïd Otman (138), filius Abu-Ioſephi Iacobi, filii Abd-el-Haki, menſe huius anni ſeptimo.

Sub huius anni finem comprehenſus fuit iuratus ille meus hoſtis, Aſandemor, Halebi praefectus. Nimirum expediverat Sultan, paullo antequam ex Aegypto ad provinciam meam redirem, Giraihum Manſuricum et Schams-ed-dinum Soncorum Camalicum cum copiis, eo fine, ut dictum Aſandemorum derepente obruerent et comprehenderent. Secreto enim et cautione opus erat ad occupandum hominem, qui criminum ſuorum longe plurimorum ſibi conſcius, a Sultano meritisque poenis ſibi metuebat, et, ne pateret inſidiis, omnia diligenter circumſpiciebat. Procedebant itaque dicti duces usque ad Hemſam, ubi manebant, donec ego ad Hamatam meam rediiſſem; quo facto, ſignificabat mihi Giraih per nuncium, quid in commiſſis habeat, et imperabat mihi auguſti nomine, ut me copiasque meas Hamatenas cohorti ſuae adiungerem, negotiumque demandatum iuncta opera confectum irem. Exibam igitur Hamata die Iovis, nono menſis ultimi, tertio poſt reditum meum a portis excelſis. Noctem proximam exigebam in Abbadico ſubſiſtens. Toto ſequente die Veneris et per proximae noctis aliquam partem promovebamus, donec Halebum perveniremus poſt praeteritos duo trientes de illa eadem nocte, quae diem Sabbati, undecimum duodecimi menſis praecedebat, et protinus cingebamus armata cuſtodia domum Sultanici vicariatus, arci ſuppoſitam, in qua domo Aſandemor vi ſui muneris haerebat, alteroque mane comprehendebamus illum, translatum in arcem Hale-

وجهز الي مصر مقيّدا في يوم الاحد ثاني عشر ذي الحجة من هذه السنة ، ووصل الي مصر فاعتقل بها ثم نقل الي الكرك وكان اخر العهد به ، واحتيط علي موجوده من الخيل والقماش والسلاح وكان شيا كثيرا وحمل جميع ذلك الي بيت المال ، واستمرّ كريه والكمالي ومن معهما من العساكر والعبد الفقير اسماعيل بن علي مقيمين بحلب حتي خرجت هذه السنة *

وفيها توفي نجم الدين احمد بن رفعة بديار مصر ، وكان من اعيان الفقهاء الشافعية ، وشرح التنبيه في نحو عشرين مجلد ونقل عليه شرح الوجيز الذي للرافعي *

وفيها في يوم الاحد سابع عشر رمضان توفي بتبريز القاضي قطب الدين محمود بن مسعود ، وكان مولده بمدينة شيراز في صفر سنة اربع وثلثين وستماية ، فيكون مدة عمره ستا وسبعين سنة وسبعة اشهر ، وكان اماما مبرزا في عدة علوم مثل العلم الرياضي والمنطق وفنون الحكمة والطب والاصولين ، وله عدة مصنفات منها نهاية الادراك في الهيئة وتحفة السامي في الهيئة ايضا وشرح مختصر ابن الحاجب في الفقه ، ومصنفاته وفضايله مشهورة ☼

ثم دخلت سنة احدي عشرة وسبعماية ، ذكر وفاة طغطغا وملك ازبك ، في هذه السنة ظنّا (اعني سنة عشر p) او سنة احدي عشرة وسبعماية توفي طغطغا بن منكوتمر بن طغان بن باطو بن دوشي خان بن جنكزخان ملك التتر بالبلاد الشمالية التي كرسي ملكها صراي ، وقد تقدّم ذكر ملكه في سنة تسعين وستماية ، ولما مات طغطغا المذكور ملك بعده ازبك بن طغريشاه بن منكوتمر بن طغان بن باطو خان بن دوشي خان بن جنكزخان ، واستقر ازبك المذكور ملكا بتلك الجهات *

ذكر

benſem toto illo die detinebamus ibi compedibus oneratum; tutaque ſub cuſtodia die Solis, duodecimo dicti menſis, eundem in eodem apparatu Miſram ablegabamus: ubi poſtquam in carcere haeſiſſet aliquamdiu, miſſus Caracam fuit, unde nunquam rurſus in hominum conſpectum prodiit. Quidquid reperibamus opum et poſſeſſionum iſtius Aſandemori, quod ſane ingens erat, ut equi, ſuppellex, arma, cetera, recidebant ad aerarium. Poſt haec peracta manebamus Halebi ultra finem huius anni.

Eodem obiit in Aegypto Nagm-ed-din Ahmed Ibn-Rafaah (139), celeberrimorum unus fakihorum ſectae Schafeïticae, is, qui viginti fere voluminibus expoſuit T'anbihum [librum Abu-Ishaki Schirazii (140)]; et cui attribuitur commentarius in Vagiz, qui autem revera eſt Rafeïci. (141)

Eodem anno, die noni menſis decimo ſeptimo eodemque Solis obibat annos ſeptuaginta ſex cum ſeptem menſibus natus apud T'abrizum Cadi Cotb-ed-din Mahmud, filius Maſudi, qui Schirazae natus anni DCXXXIV ſecundo menſe fuerat, vir in ſcientia non una excellens; ut in matheſi, logica, ceterisque philoſophiae partibus, medicina etiam et utrisque Oſul [ſeu fundamentis tam dogmaticae theologiae, quam canonicae]; quod ſcripta eius numero plura monſtrant, ut Nihaiat el-Idrak [ſeu meta της εφιξεως] et Tohfat es-Sam [ſeu munus excellentis viri] ambo argumenti geometrici; nec non Commentarius in Compendium Fikhae ab Ibn-el-Hagebo conſcriptum. Quid multa? libri eius et ceterae praeclarae dotes ſatis ſuperque notae ſunt.

Anno DCCXI [qui die 19 Maii A.C. 1311 coepit] ut coniicimus, aut certe proxime ſuperiore DCCX obiit Tactoga, filius Mangutimuri, filii Togani, filii Batui, filii Duſchi Chani, filii Genkizchani, rex T'atarorum ſeptentrionalium, quorum capitalis eſt Sarai. Ad imperium eum a. DCXC perveniſſe ibi notavimus. Succedebat ipſi Vzbec, filius Togriſchahi, filii Mangutimuri, filii Togani, filii Batu Chani, filii Duſchi Chani, filii Genkizchani.

ذكر نقل قرا سنقر من نيابة السلطنة بدمشق الي حلب وولاية كريه المنصوري دمشق واعطاء العساكر الذين بحلب الدستور، في هذه السنة لما قبض علي اسندمر سال قرا سنقر نايب السلطنة بدمشق من مولانا السلطان ان ينقله الي نيابة السلطنة بالمملكة الحلبية، لانه كان قد طال مقامه بها والف سكني حلب، فرسم له بذلك وحضر تقليده بولاية حلب مع الامير سيف الدين ارغون الدوادار الناصري، وسار في صحبته من دمشق متوجها الي حلب، وحصل عند قرا سنقر استشعار من العسكر المقيمين بحلب ليلا يقبضوا عليه، وبقي المقرّ السيفي ارغون الدوادار الناصري المذكور يطيّب خاطر قرا سنقر ويحلف له علي عدم توهّمه ويسكنه ويثبت جاشه حتي وصل الي حلب، وركبت العساكر المقيمون بحلب لملتقاه، فالتقيناه ودخل حلب في يوم الاثنين ثامن عشر المحرم من هذه السنة واستقر في نيابة السلطنة بحلب واعطي المقرّ السيفي ارغون الناصري عطاء جزيلا وسفّره، فسار المقرّ السيفي ارغون المذكور من حلب يوم الاربعا العشرين من المحرم وتوجه الي الديار المصرية، فاقمنا بعد ذلك مدة، ثم ورد الدستور الي العساكر المقيمة بحلب، فسرنا منها في يوم الجمعة الحادي والعشرين من صفر عايدين الي اوطاننا، ودخلت حماة في يوم الاثنين الرابع والعشرين من صفر من هذه السنة الموافق لثاني عشر تموز، وانتمت العساكر المصرية والدمشقية المسير الي بلادهم، ولما انتقل قرا سنقر من دمشق الي حلب انعم السلطان بنيابة السلطنة بالشام علي سيف الدين كريه المنصوري ووصل اليه التقليد بذلك، فاستقرّ فيها، ثم بعد مدة قبض علي كريه المنصوري ورتّب في نيابة السلطنة بالشام اقوش الذي كان نايبا بالكرك *

ذكر

Eodem rogabat Cara Soncor a Sultano, velit ipſum e Damaſcena provincia rurſus ad priſtinam Halebenſem transferre, Aſandemori ſupplicio vacuatam. Se diu quondam Halebi egiſſe, et civibus eorumque moribus conſueviſſe. Indulgebat Sultan roganti, mittebatque Emirum Saif-ed-dinum Argunum Davadarum Naſericum, cum diplomate: quo facto Damaſco verſus Halebum ambo contendebant. Sed in eo dum ſunt, inceſſebat Cara Soncorum ſuſpicio metusque, ne a praeſidiis Halebi tunc agentibus comprehendatur. Saifica tamen Excellentia * blandis eum verbis placatum et interpoſito iureiurando confirmatum, quo vanum illum et imaginarium metum eſſe aſſeverabat, denique Halebum pertrahebat. Nos igitur, ibi tum excubantes, obviam advenientibus ibamus, die Lunae, decimo octavo primi menſis huius anni; quo ipſo die deductus in urbem Cara Soncor Halebenſem Proſultanatum capeſſebat; tertio die poſt, vigeſimo menſis, eodemque Mercurii die, largiter dotatum Argunum et rebus itineri neceſſariis abunde inſtructum retro ablegabat. Nos autem illo digreſſo Halebi permanebamus aliquamdiu, donec et ipſi diſcedendi veniam nacti, domum quisque ſuam die Veneris, primo et vigeſimo ſecundi menſis, repeteremus. Et ego quidem cum copiis meis Hamatam rurſus intrabam die Lunae, quarto et vigeſimo ſecundi menſis, ſeu duodecimo Tamuzi. Damaſceni autem et Miſrenſes inde porro ſuas ad ſedes promovebant. Damaſcus itaque poſt abitum Cara Soncori vacabat; et ex auguſti beneficio et diplomate cedebat Saif-ed-dino Giraiho Manſurico; at is tempore poſt comprehenſus fuit, eique ſuffectus Acuſch, olim Carakae praefectus.

Labente hoc anno res novas et ab officio defectionem moliebatur Cara Soncor, et, quo ſibi liceret ſuo ſe ſodali, conſiliorum conſcio, adiungere, latereteque fraus, rogabat a Sultano veniam in Hegazam abeundi, quandoquidem officio ſuo ſacrum

* Is eſt Saif-ed-din Argun.

ذكر مسير قرا سنقر الي الحجاز وعوده من اثناء الطريق وهربه، وفيها سال قرا سنقر دستورا الي الحجاز الشريف لقضاء حجة الفرض، فرسم له السلطان بذلك، فعمل شغله وسار من حلب في اوايل شوال من هذه السنة ولم يسر علي الطريق وسار علي طرف البلاد من شرقيها حتي وصل الي بركة زيزا، فحصل عنده التخيّل والخوف من الركب المصري ليلاّ يقبضوا عليه في الحجاز، فعاد من بركة زيزا علي البرية وسار علي البر q الي الركة والسخنة r ثم الي بسر حلب واجتمع مع مهنّا بن عيسي امير العرب واتفقا علي المشاقّة والعصيان، وقصد قرا سنقر حلب ليستولي عليها، فاجتمع العسكر والامراء الذين بها ومنعوه من الدخول اليها، ووصل من صدقات السلطان الي قرا سنقر ومهنّا ما يطيّب خاطرهما، فلم يرجعا عن ضلالهما واصرّا علي ذلك، فجرّد السلطان عسكرا مع المقرّ السيفي ارغون الدوادار الناصري ومع الامير حسام الدين قرا لاجين بسبب قرا سنقر المذكور بحيث ان رجع عن الشقاق والنفاق يقرر امره في مكان يختاره وان لم يرجع عن ذلك يقصده العسكر حيث كان، ووصل العسكر المذكور الي حماة في يوم السبت سادس ذي الحجة من هذه السنة الموافق لنصف نيسان، وسرت بصحبتهم في عسكر حماة وتوجهنا الي البرية ونزلنا بالخام بالغرب من الرقا في يوم الخميس الحادي عشر من ذي الحجة من هذه السنة، فاندفع قرا سنقر الي الغرات واقام هناك وافترقت مماليكه، فبعضهم سار الي التتر وبعضهم قدم الي الطاعة، ثم

q) ثلثي Cod. Leid. ثلث

iter obeundi, quod nondum fecerit, ſatisfacere cupiat. Permittebat Sultan ideoque Cara Soncor expeditis negotiis et conſarcinatis rebus exibat Halebo ſub initium decimi menſis, non tamen directa et conſueta via, per urbes, Hamatam et Damaſcum, ſed harum extremas quaſi oras carpendo a plaga orientale pergebat usque ad Barcat Ziza. Ibi vero territus phantaſia, quaſi a caterva ſacrorum peregrinatorum ex Aegypto venientium comprehendendus ſit, retro veſtigia per deſertam legebat Campaniam, eoque Aracam (142) primo, tum Sochanam, et tandem in Halebi campeſtria et diſtrictum evadebat. Quo in itinere conſilia defectionis a Sultano, cum Arabum ibi locorum Emiro, Mahanna, filio Iſae, conferebat, et ex condicto iam ſtudebat Halebum tyrannus invadere. Sed duces eum praeſidiaque introitu arcebant. Molitionibus iſtis compertis mittebat Sultan, qui absque turbis, ſi pote, componerent, ſuamque gratiam et auſuum veniam oſtentarent ſeditioſis, ſi abſiſterent. At illis contumaciam urgentibus, opus erat Miſra copias adverſus Cara Soncorum expedire; quas qui ducebant, Saif-ed-din Argun Davadar Naſericus, et Emir Huſam-ed-din Cara Lagin, in mandatis habebant, eum, ſi ad officium ſponte ſua rediret, quacunque is in urbe mallet, cum imperio conſtituere; quod ſi autem ferocire pergeret, armata manu, ubi ubi haereret, exagitare. Copiae iſtae, die Sabbati, ſexto duodecimi menſis huius anni, ſeu medio Niſano, Hamatam perveniebant, indeque promoventes ego cum praeſidiis meis in Campaniam [ſeu Solitudinem] comitabar. Stationem faciebamus in Cham * prope Zarcaam, die Iovis, dicti menſis undecimo. Sed Cara Soncor adventum noſtrum non ferens ad Euphraten ſe recipiebat, et inde porro ad ſuum coniuratum, Mahannam, principem Arabum, deſertus a mamlukis ſuis, catervatim dilabentibus, quorum aliqui ad Tataros deſciſcebant, alii redibant ad officium. Itaque profligato hoſte, Chama redi-

* Supra erat الحـــلم *Hamam.*

ثم توجه قرا سنقر الي جهة مهنّا ، فعادت العساكر من الخام ، الي حلب وكان دخولنا الي حلب في يوم الاحد رابع عشر ذي الحجة من هذه السنة ، ثم كان ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

وفي جمادي الاولي من هذه السنة قبض علي سيف الدين بكتمر الجوكاندار نايب السلطنة واقام مولانا السلطان مقامه في نيابة السلطنة الامير ركن الدين بيبرس الدوادار المنصوري *

وفيها حضرت رسل سيس بالاقاق المقدّرة عليهم في كل سنة واحضروا لنواب الشام التقادم علي جاري العادة واحضروا لي بغلا وقماشا *

وخرجت هذه السنة والحكّام فيها علي ما اصفه ، مولانا السلطان الاعظم الملك الناصر ناصر الدنيا والدين محمد بن السلطان الملك المنصور قلاوون الصالحي سلطان الاسلام بمصر والشام وما هو مضاف اليهما والحجاز ، ونايب السلطنة ركن الدين بيبرس الدوادار صاحب التاريخ المسمّي بزبدة الفكرة في تاريخ الهجرة ، والنايب بالشام جمال الدين اقوش الذي كان نايبا بالكرك ، وقرا سنقر قد اظهر الشقاق وانضمّ الي مهنّا بن عيسي امير العرب وهو متردّد في البراري علي شاطي الفرات والحكم بحلب الي المشدّين والنظّار وليس بها نايب ، وقطلوبك بصفد ، فان النايب بصفد كان بكتمر الجوكاندار انتقل الي مصر علي ما تقدّم ذكره ، فولي السلطان صفد سيف الدين قطلوبك ، واسماعيل بن الي مولّف هذا الكتاب بحماة وما

o) شيزر Legendum شيرز Vid. Herbel. item Hagi Chalifam ad hunc annum.

redibamus Halebum die Solis decimo quarto dicti menſis, ibique annum hunc exigebamus. Quae porro ad hoc negotium eiusque ſpectant eventum, ad proxime ſequentem dicemus.

Huius anni quinto menſe comprehenſus fuit Bectimur Gucandar, generalis Sultani Locumtenens, eique ab auguſto ſuffectus in iſtam dignitatem Emir Rocn-ed-din Bibars Davadar Manſuricus.

Eodem aderant legati Siſani, cum tributis quae auguſto annua debebant, muneribusque, quibus ceteros praefectus Syriae vicarios obligare moris erat; quos inter mihi quoque mulus et alia ſuppellex veſtiaria contingebat.

Inter haec labebatur annus, quo qui fuerint Muhammedani et in univerſum orientalis orbis maiores minoresve rectores brevi compendio ſpectatum exhibebo. Merito ſuo ducit agmen maximus imperator, dominus noſter, Sultan, Malec en-Naſer Naſer-ed-dunia va'd-din Muhammed, filius Sultani Malec el-Manſuri Calavuni Salehici; ſupremus Iſlamismi per Hegazum, Aegyptum et Syriam rector. Ab eo proximus erat, generalis eius vicarius, Emir Rocn-ed-din Bibars Davadar [ſeu ſecretarius], auctor Chronici, quod Zobdat el-Fekrat [ſeu cremor et medulla quaſi meditationis] inſcribitur, et res a Muſlemis geſtas enarrat. Syriae Proſultanus erat Gemal-ed-din Acuſch, qui antea fuerat Carakae. Halebi Proſultanus iure quidem tum erat Cara Soncor; at is rebellem palam profeſſus una cum Mahanna Arabe diſcurrebat per vaſtas planities praeter Euphratis occidentalem ripam porrectas. Interea urbem moderabantur Moſcheddi * et Nadiri [ſeu inſpectores]. Poſt Bectimurum Gucandarum, qui, ut paullo ante videbamus, Miſram translatus fuerat, regebat Safedam Saif-ed-din Cotlubek. Hamatae praeerat Iſmaël, filius Alii, auctor huius hiſtoriae, una cum eo pertinen-

* Apparet officium fuiſſe: quale non conſtat.

وما هو مضاف اليها وهو المعرة وبارين ، وباقي الاطراف مثل البيرة والرحبة وغزة وحمص وقلعة الروم وغيرها من مواطن النيابة جميعها فيها مماليك السلطان او مماليك والده او مماليك مماليك والده ، وجميعهم مرتّبون من الابواب الشريفة علي ما تقتضيه اراوه العالية ، واما الاطراف البعيدة فصاحب ماردين الملك المنصور نجم الدين غازي بن الملك المظفر قرا ارسلان بن الملك السعيد نجم الدين غازي بن الملك المنصور ناصر الدين ارتق بن قطب الدين ايلغازي بن البي بن حسام الدين تمرتاش بن نجم الدين ايلغازي بن ارتق ، وقد تقدم اخبار ملوك ماردين مستاقة الي سنة ثمانين وخمسماية ثم ذكرنا اخبارهم في سنة سبع وثلثين وستماية ، وصاحب اليمن الملك المويّد شرف الدين داود بن يوسف بن عمر بن علي بن رسول ، وملك التتر بالعراقين وكرمان وخراسان وديار بكر والروم وانربيجان وغيرها خربندا بن ارغون بن ابغا بن هولاكو بن طلو بن جنكزخان ، وسار قبجي ملك تركستان بما وراء النهر ، وصاحب التخت بالصين الغايم مقام جنكزخان سرقين بن منغلاي بن قبلاي بن طلو بن جنكزخان ، وملك التتر ببلاد الشمال التي كرسي ملكها صراي ازبك بن طغربشاه بن منكوتمر بن طغان ، وملك التتر بغزنة وباميان منغطاي بن قبجي بن اردنو بن دوشي خان بن جنكزخان ، وملك المغرب ابو سعيد عثمان بن يعقوب بن عبد الحق المريني ، وملك غرناطة بالاندلس ابو الجيوش نصر بن محمد بن الاحمر ، وصاحب تونس ابو البقاء خالد بن زكريا بن يحيي بن ابي حفص ، والاشكري ملك قسطنطينية اندرونيقوس ، وملك سيس اوشين بن ليغون بن هيثوم ☆

ثم

tinentibus, Maarra ſcilicet et Barino. Ceteras provincias, ut Biram, Rahabam, Gazam, Calaat er-Rum, et alias ſinguli tenebant ſui Naiebi [ſeu vicarii], qui aut ipſius auguſti mamluki erant, aut patris fuerant, aut paternorum mamlucorum erant mamluki, omnes conſtituti miſſique ab excelſa porta, iis cum ſtipendiis et mandatis, quae Imperatoris celſiſſima conſilia definiverant et ſanxerant. Quantum ad remotiores attinet provincias, Maredinae dominabatur Malec el-Manſur Nagm-ed-din Gazi, filius Malec el-Modaffari Cara Arſlani, filii Malec es-Saïdi Nagm-ed-dini Gazii, filii Malec el-Manſuri Naſer-ed-dini Ortoki, filii Cotb-ed-dini Ilgazii, filii Alpii, filii Huſam-ed-dini Timurtaſchi, filii Nagm-ed-dini Ilgazii, filii Ortoki. Cuius dynaſtiae res ad annum DLXXX deduximus, et ad a. DCXXXVII quaſi per recapitulationem perſtrinximus. Dominus Iemanae [ſeu Arabiae felicis] erat Malec el-Movaiied Scharf-ed-din Davud, filius Ioſephi, filii Omari, filii Alii, filii Raſuli. Tatarorum rex per utramque Iracam, Kermanam, Choraſanam, Deiar-Becr, Romaniam, Aderbiganam et alias erat Charbanda, filius Arguni, filii Aboga, filii Hulacui, filii Tului, filii Genkizchani. Vltra Oxum in Turkeſtana regnabat Saru Capgi. Solium Sinicum, quod poſſident in recta linea deſcendentes a Genkizchano ſummi Chani, tenebat tunc temporis Sargin, filius Mangutai, filii Coblai, filii Tului, filii Genkizchani. Tataris ſeptentrionalibus, quorum capitalis eſt Sarai, dominabatur Vzbek, filius Togriſchah, filii Mangutimuri, filii Tagani; Tataricum apud Gaznam et Bamianam regnum gerebat Mangutai, filius Capgii, filii Ardonu, filii Duſchi Chani, filii Genkizchani. In occidente obtinebat Abu-Saïd Otman, filius Iacobi, filii Abd-el-Hakki, Marinida; Granadae Abu'l-Goiuſch Naſr, filius Muhammedis, Ibn-el-Ahmar; Tuneti Abu'l-Bacaï Chaled, filius Zacariae, filii Iahiae, filii Abu-Hafs; Conſtantinopoli Andronicus Laſcaris imperabat, Siſae Vſchin, filius Lifonis, filii Haitumi. En brevem tabellam

ثم دخلت سنة اثنتي عشرة وسبعماية ، ذكر هروب الافرم واجتماعه بقرا سنقر ثم مسيرهما الي خربندا ، وفي هذه السنة قصد اقوش الافرم نايب السلطنة بالفتوحات ان يحدث خلافا وان يجمع الناس عليه ، فهرب اليه حموه ايدمر الزردكاش من دمشق وانضمّ اليه من لايق به y وسار من دمشق واجتمع بالافرم بالساحل وقصدوا من عسكر الساحل ومن غيرهم الموافقة لهم علي ضلالهم ، فلم يوافقهم احد ، فلما راي الافرم ذلك هرب من الساحل وخرج علي حمية وعبر علي الغولة z بين دمشق وحمص وسار في البرية واجتمع قرا سنقر في شهر المحرم من هذه السنة ، وكان بعض العساكر مع الامير سيف الدين اركتمر علي حمص ، فساق خلف الافرم فلم يلحقه ، وكان علي حلب العسكر المقدم ذكره في السنة الماضية صحبة الامير سيف الدين ارغون الدوادار ، فلما بلغنا هروب الافرم واجتماعه بقرا سنقر وهم قريب سلمية وقع اجراء الامراء علي الرحيل من حلب والمسير الي جهة حمص وسلمية ، فرحل الامير سيف الدين ارغون الناصري والامير حسام الدين قرا لاجين ومولّف هذا المختصر بعسكر حماة من حلب وسرنا ووصلنا الي حماة في ثاني عشر المحرم من هذه السنة ووصلت باقي العساكر وسرنا من حماة في يوم الثلثا خامس عشر المحرم الموافق لثامن عشرين ايار ونزلنا بظاهر سلمية وقصد قرا سنقر والافرم كبس العسكر بالليل لظنهما ان فيهم مخامرين وانهم يوافقونهم علي ذلك ، فلم يوافقهم احد علي ذلك ، فرجعوا

y) Non recte. Si foret, delendum in antecedentibus سنة ثم دخلت احدي عشرة وسبعماية

principum virorum, qui anno DCCXI publicae rei quisque ſuae curam gerebant.

Anno DCCXII [qui die 8 Maii A. C. 1312 coepit] aufugiebat Afram ad rebellem Cara Soncorum, et ambo porro ſe ad Charbandam (143), regem Tatarorum, conferebant. Praeerat ille Acuſch Afram al-Fatuhat [ſeu Conquaeſtionibus, hoc eſt, urbibus per Syriam et Palaeſtinam maritimis, quas nuperi Sultani Francis ademerant]. Ille itaque rerum novarum cupidus in partes, quotquot poterat, Syros contrahebat, et praecipuum quidem ſuum generum Idomorum Zerdecaſchum. Hic ut aufugerat Damaſco una cum fidis et faventibus hominibus ad ſocerum, iam laborabant ambo, copias per Syriae maritima diſpoſitas ad defectionem quoque ſollicitare. Parum autem proficere ſe videns Afram derepente ſua provincia excedebat, et per Gulam (144), quae Damaſcum et Hemſam intercedit, evadebat in Campaniam, ubi ſe Cara Soncoro adiungebat, huius anni primo menſe. Perſequebatur eum quidem Emir Arektimur, qui tum Hemſam cum ſuis praeſidiis tuebatur. Verum diligentia uſum aſſequi non poterat. Nos igitur, hoc eſt, copiae Halebi tum reſidentes, quo iveramus anno ſuperiore, ducente Emiro Saif-ed-dino Arguno Davadaro, ut ibi monuimus, nos igitur audientes Aframi fugam, et ad alterum ſuperiorem rebellem acceſſionem, et ambos ex propinquo Salamiae imminere, decernebamus Halebo verſus Hemſam et Salamiam excedere, et exibamus proinde Emir Saif-ed-din Argun Naſericus, et Cara Lagin, et auctor huius libri cum Hamatenis Halebo, et Hamatam perveniebamus die duodecimo primi menſis; ubi quum praeſtolati fuiſſemus adventum ceterarum cohortium, quae nos aſſectari non potuerant, promovebamus die Martis, decimo quinto eiusdem, aut vigeſimo octavo Iiari, et caſtra metabamur in agro Salamiae; in quibus ſecuros opprimere nos tentabat quidem Cara Soncor, illectus ea ſpe, fore, ut adeſſent in turba faventes quidam conſiliis ſuis,

فرجعوا عن ذلك ، وسار قرا سنقر والافرم ومن معهما الي جهة الرحبة ، فاتفق اراء الامراء علي تجريد عسكر في اثرهم ، فجرّدوا العبد الفقير اسماعيل بن علي بعسكر حماة وكذلك جرّدوا من المصريين الامير سيف الدين قلي بمقدمته وغيره من المقدمين المصريين والمقدمين الدمشقية ، فسرنا من سلمية في يوم الخميس سابع عشر المحرم من هذه السنة الي القسطل ثم الي قديم ثم الي عرض ثم الي قباقب ثم الي الرحبة ووصلنا اليها في يوم الاحد الثامن والعشرين من المحرم ، فلما وصلنا الي الرحبة اندفع قرا سنقر ومن معه الي جهة دومان a قريب عانة والحديثة ، فما امكنّا b مضي خلفه الي تلك البلاد بغير مرسوم ، فاقمنا بالرحبة ثم رحلنا منها عايدين في مستهل صفر الموافق لثامن حزيران من هذه السنة وسرنا الي المقرّ السيفي ارغون الدوادار ، وكان قد سار من سلمية الي حمص ، فوصلنا الي حمص في يوم الخميس ثامن صفر من هذه السنة ، ثم ان المقر السيفي راي ان حماة قريبة وليس بمقامي بعسكر حماة علي حمص فايدة ، فاقتضي رايه سيري الي حماة ، فسرت الي حماة ودخلتها يوم الاثنين ثاني عشر صفر ، واستمر العسكر مقيمين بحمص ، ثم ان قرا سنقر والافرم طال عليهما الحال وكثر تردد الرسل اليهما في اطابة خواطرهما وهما لا يزدادان الا عتوا ونفورا حتي سار الي التتر واتّصلا بخربندا في ربيع الاول من هذه السنة وكذلك ايدمر الزرد كاش ومن انضمّ اليهم *

ذكر وصول الدستور الي العسكر ، ولما اتصل بالعلوم الشريفة السلطانية ما اتفق من الامر تقدم مرسومه الي العساكر بالمسير

الي

et ſpectantes ad defectionem. Verum vigiles nos fidosque domino, ſe vero falſum ſpe deprehendens, abeuns cum ſuis tractum petebat Rahabae. Quorum veſtigia perſequi quum ſtatuiſſet ſenatus bellicus, expediebat humilem dei ſervum, Iſmaëlem, filium Alii, [hoc eſt, me] cum legione Hamatena, et mecum e Miſrenſibus Emirum Saif-ed-dinum Culium, cum ſua cohorte, aliosque ſuper iſtos tam Miſrenſes quam Damaſcenos duces. Die Iovis, decimo ſeptimo primi menſis, excedebamus Salamia, tranſactisque variis ſtationibus, ut Caſtalae primum, dein Cadimi, tum Aradi, denique Cabakeb, perveniebamus die Solis, vigeſimo octavo eiusdem menſis, Rahabam. Inde vero quum ſe nobis Cara Soncor cum ſuis ad Tumanam, locum prope Anam et Haditam, ſubduceret, nobis autem ulterius eum urgere non liceret, exacto apud Rahabam uno alterove die, redibamus ipſis Calendis ſecundi menſis, vel octavo Chazirani, ad Saificam ſuam Excellentiam Hemſam, quo is iam Salamia promoverat, nos autem die Iovis, octavo ſecundi menſis appellebamus. Inde videns Saifica S. Exc. in propinquo Hamatam eſſe, me autem cum Hamatenis praeſidiis apud Hemſam diutius ſubſiſtentem parum prodeſſe, imperabat mihi, ut ad patriam et provinciam meam abirem. Obſecutus itaque gratiſſimo mandato, die Lunae illuc adveniebam, duodecimo ſecundi menſis. Reliquae autem copiae apud Hemſam porro perſiſtebant, ſtudebantque frequentibus legationibus geminum rebellantium caput, Cara Soncorum, et Aframum, placare. At omnis fruſtra erat opera; blanditiae pollicitationesque omnes ipſorum magis efferabant animos, et extravagante ferocia, trepidisque ad quamvis oblatam conditionem ſuſpicionibus et horroribus implebant. Quo fiebat, ut cum Idemoro Zaracdaſcho ceteraque ſua factione ad Charbandam regem Tatarorum perfugerent.

Quae ad auguſti notitiam quum perveniſſent, brevi poſt veniebat reſcriptum, quo legiones ad ſuam quaeque ſtationem redire

الي اماكنهم ، فسارت من حمص في يوم الاثنين سادس عشرين صفر من هذه السنة الموافق لثالث تموز وعادوا الي اوطانهم *

ذكر وفاة صاحب ماردين ، في هذه السنة يوم الاحد ثامن ربيع الاخر توفي صاحب ماردين ومن عقيب مسير قرا سنقر من عنده الي الاردو ، وهو الملك المنصور نجم الدين غازي بن الملك المظفر قرا ارسلان بن السعيد نجم الدين غازي بن المنصور بن ارتق ارسلان بن قطب الدين ايلغازي بن المي بن تمرتاش بن ايلغازي بن ارتق صاحب ماردين ، وملك ماردين بعده ابنه الالبي الملك العادل عماد الدين علي بن غازي نحو ثلثة عشر يوما ، ثم ملك اخوه شمس الدين صالح وتلقب بالملك الصالح ابن غازي المذكور *

ذكر وصول النايب الي حلب ، وفيها قرر السلطان سيف الدين سودي الجمدار الاشرفي ثم الناصري في نيابة السلطنة بحلب المحروسة موضع قرا سنقر ، فوصل سودي المذكور الي حلب في ثامن او تاسع ربيع الاول من هذه السنة واستقر في نيابة السلطنة بحلب *

ذكر مسيري الي مصر ، وفي هذه السنة توجهت الي الابواب الشريفة وخرجت من حماة يوم الاثنين تاسع عشر ربيع الاول من هذه السنة الموافق للرابع والعشرين من تموز وسقت من اثناء الطريق علي البريد ووصلت الي قلعة الجبل وحضرت بين يدي الموافق الشريفة السلطانية في يوم الاثنين العاشر من ربيع الاخر الموافق للرابع عشر من اب ، ثم وصلت صبياني وقدمت التقدمة في يوم الجمعة خامش عشر ربيع الاخر ، وكان قبل وصولي قد قبض علي بيبرس الدوادار نايب السلطنة وعلي جماعة من الامراء مثل الكمالي ، فحال

redire iubebatur. Lunae die igitur, ſecundi menſis vigeſimo ſexto, ſeu tertio Tamuzi, ſoluta militia, Hemſaque diſceſſum fuit.

Die vero Solis, octavo quarti menſis, obiit Merdinae dominus, paullo poſtquam Cara Soncor ab ipſo ad Ordu [ſeu auguſtam Chani Tatarici manſionem] abierat. Erat is Malec el-Manſur Nagm-ed-din Gazi, filius Malec el-Modafferi Cara Arſlani, filii Malec es-Saïdi Nagm-ed-din Gazii, filii Manſuri Ortok Arſlani, filii Cotb-ed-dini Ilgazii, filii Alpii, filii Timurtaſchi, filii Ilgazii, filii Ortoki; cui ſuccedebat quidem filius, Alpi Malec el-Adel Emad-ed-din Ali; ſed ad breve tempus. Nam dies tantummodo tredecim is obtinebat. Inde frater huius, iſtius defuncti filius, Malec es-Saleh Schams-ed-din Saleh, dominabatur.

Halebi porro praefectum, in rebellis Cara Soncori locum, inſtituebat Sultan Saif-ed-dinum Sudium Gamdarum, primo quidem Malec el-Aſchrafi, deinceps Naſeri [ſeu ipſius tum regentis auguſti] mamlucum. Octavo is nonove die tertii menſis Halebum perveniebat, et curam iſtius provinciae capeſſebat.

Ego vero Miſram iter ad excelſas portas hoc anno inſtituebam, exeuns Hamata die Lunae, decimo octavo tertii menſis, vel 24 Tamuzi, et primo quidem meis privatis iumentis vehebar, in ipſa vero via me ſublevabant auguſta, quae Barid appellantur, quo nempe citius adeſſem. Appellebam ad arcem montanam, ſtabamque in locis excelſis die Lunae, decimo quarti menſis, vel 14 menſis Ab. Pueri mei poſt me advenientes offerebant dona mea die Veneris, decimo quinto dicti menſis, quae pro conſueta ſua clementia compenſabat Sultan Taſchrifo Sultanico, et iubebat me in Cabſch [ſeu ariete, arce vel mole ſic appellata] reſidere. Paucis diebus poſt attingebat Nilus incrementi ſui legitimum modum. Quapropter Sultan die Solis, vigeſimo tertio quarti menſis, qui vigeſimus ſeptimus Abi ſecun-

فحال حضوري بين يديه افاض عليّ التشريف السلطاني الاطلس المزركش علي عوايد صدقاته وامر بنزولي في الكبش ، فاقمت به ، فاتفق بعد ايام يسيرة ان النيل وفي ونشر الخلع في يوم الاحد الثالث والعشرين من ربيع الاخر من هذه السنة الموافق للسابع والعشرين من اب من شهور الروم ورابع ايام النسي بعد مسري من شهور القبط ، واتفق في ايام حضوري بين ايدي المواقف الشريفة اقامة المغرّ السيفي ارغون الدوادار في نيابة السلطنة وقلّده واعطاه السيف والبسه الخلعة ، ولما لم يبق لي شغل تصدّق السلطان وافاض عليّ وعلي اصحابي الخلع وشرّفني بمركوب بسرجه ولجامه ، ثم تصدّق عليّ بثلثين الف درهم وخمسين قطعة من القماش ورسم ان يكتب لي التقليد بمملكة حماة والمعرة وبارين تمليكا ، ولولا خوف التطويل لاوردنا التقليد عن اخره لكنّا نذكر منه فصولا يحصل بها الغرض طلبا للاختصار ، فمنه بعد البسملة الحمد لله الذي عضد الملك الشريف بعماده ، واورث الجدّ السعيد سعادة اجداده ، وبلّغ وليّنا من تباهي ببابه ملوك

q) علي البر Forte علي البرية nisi البر idem est quod البرية

r) السخنة C. L. الشحنة

s) الخام Hoc loco الحام erat in cod. Leid. absque puncto. Forte الحمام ut supra.

t) بكتنى Forte بكتوت aut بكتمور Paullo infra est بكتمى

v) شرف Ambigue scripta erat haec vox in cod. L. et obscure.

x) وسار قبجي an unum nomen est? Num وسارق قبجي

dum computum Romanum, et ſecundum Coptos quartus intercalarium dierum poſt menſem Miſri (145), erat, publicam monſtraturus laetitiam, diſtribuebat aulicis ſuis honorum ſtolas. Eodem praeſentiae meae tempore contingebat, ut Excellentia S. Saifica, Saif-ed-din Argun Davadar, dignitate Naiebi Sultanici, [ſeu Legati vel locumtenentis auguſti generalis] ornaretur, in cuius rei ſignum Sultan ipſum torque ornabat [vel, diploma ei dedit], et gladio donabat, ſplendidaque trabea. Nam qui antea dignitate illa functus fuerat, Bibars Davadar, iam ante meum adventum una cum aliis Emiris, ut Camelico (146), comprehenſus fuerat. Poſt haec tranſacta quum nihil mihi ſupereſſet quod agerem Miſrae, comparabat ſe auguſtus ad licentiam mihi indulgendam; ampliſſimamque ſuam erga me voluntatem monſtrabat eo, quod ſtolas mihi pariter atque meo comitatui curaret exhiberi, et equum integro cum apparatu, me tanquam Scharifo dignum, et triginta millia drachmarum [ſeu numum argenteum], et quinquaginta telas panni, et tandem de conceſſo mihi non amplius ut Naiebo [ſeu Locumtenenti], ſed ut Maleco [ſeu duci] principatu Hamatae, Maarrae et Barini, diploma ſcribi curabat, quod, niſi vererer nimirum prolixus eſſe, totum apponerem. Sed iuvat eius capita tantummodo quaedam afferre, quae tam voluntati noſtrae, ſollemnem hunc actum declarandi, quam cupiditati lectoris eum cognoſcendi, et denique ſtudio, quod nos tenet, brevitatis ſatisfacient. Statim poſt ſollemnem formulam Biſmillah [in nomine dei] ſequebantur haec. "Laus ſit deo, qui "regem * excelſum fulcit columine fulcroque ſuo** et Felicitati "auguſtae*** tribuit haereditatem proſperitatis maiorum ſuorum, "et attingere fecit fidelem amicum noſtrum, in cuius porta [ſeu "aula]

* Intelligit Naſerum. Poterat quoque *regnum* verti.

** Arabice: be-Emadih. Alluſio ad Abulfedam, cuius titulus erat Emad-ed-din.

*** Intelligitur Abulfeda.

ملوك بني الايام غاية مراده ، جاعل دولتنا الشريفة براسره الملك يحيي سري اصبح جامع شملها ورافع لواء فضلها وناشر جناح عدلها ، ومنه يحمد علي انه صان بنا الملك وحماه وكفّ بكفّ باسنا المتطاول علي استباحة حماه ، ومنه ونشهد ان لا اله الاّ الله وان محمدا رسول الله ، اما بعد فان اولي من عقد له لواء الولاء وتشرفت باسمه اسرّة الملوك وذوي المنابر وتصرفت احكامه في ما يشاء من نواه واوامر وتجلّي في سماء السلطنة شمسه فقام في دستها مقام من سلف واخلف في ايامنا الزاهرة من درج ، من اسلافه ان هو ببقائنا ان شاء الله خير خلف ، من ورث السلطنة لا عن كلاله واستحقّها بالاصالة والاثالة d والجلالة واشرقت الايام بغرّة وجهه المنير وتشرّفت به صدور المحافل وتشوّق اليه بطن السرير ومن

y) لايق به Codex Leidenſis habet لايوبه

z) الغولة Num الغوطة

a) دومان Num ثومان , ثومان an aliud?

b) امكنا Forte امكننا

c) درج *greſſus fuit*, ſc. viam ſuam, vel viam omnis carnis. Ita ſunt qui accipiunt in illo proverbio: اكذب من ذب ودرج "mendaciſſimus omnium qui repunt et gradiuntur." ويقال بل معناه اكذب الاحياء والاموات فالدبيب للحي والدروج للميت من قولهم درج القوم اذا انقرضوا "Alii vero (verba ſunt Meidanii) interpretantur: mendaciſſimus vivorum et mortuorum; tribuentes الدبيب reptationem [το ἑρπειν, hoc eſt το βαδίζειν] viventibus; الدروج

ingens attulerat. Captus ille vir tradebatur Emiro Saif-ed-dino Culio, qui eum porro ſui cuiusdam mamluki, gente Tatari, cuſtodiae commendabat. Cuſtos autem erga gentilem indulgentia uſus, collatis cum eo conſiliis, fugientem comitabatur. Penitus in hunc modum expilatae Malatiae iniiciebant noſtri ignes, a quibus potiſſima urbis pars abſumta fuit. Quantum etiam everti moenium per temporis anguſtias poterat, nam ultra unius diei noctisque ambitum moras ibi non agebamus, id corrupimus. Inde referentes ad noſtra pedem ex illa celere non magis, quam proſpera, expeditione, perveniebamus ad Marg-Dabek die Iovis, tertio ſecundi menſis, ubi tempus aliquod trahebamus; exſpectantes Gubànum, et aggreſſorem excipere parati, qui Charbandae in Romania legatus magnis ibi cum copiis haerebat, at citius ad Malatiam non accedebat, quam illa dudum per nos deſolata eſſet, neque nos perſequi audebat, ad ſat magnum inde ſpatium regreſſos. Interea dum ibi in Marg-Dabec agimus, a Siſae, qui tum erat, domino, Vſchino, Armeno, Lifoni filio, maius tributum, quam hactenus pendere conſueverat, flagitabamus, et illud praeterea, ut omne illud ſolum auſtrali ripae Gihani appoſitum redderet, quod olim armis occupaveramus, at tempore poſt coacti fueramus ob ingruentes Tataros rurſus omittere. Et factum fuit quoque, frequente legationum commeatione, ut tributum deinceps annuum millies mille numum argenteum ſponderet. Nacti paullo poſt diſcedendi facultatem movebamus e Marg-Dabec, die Iovis, ſecundo tertii menſis; et altero inde Iovis die, ſeu nono eiusdem menſis, perveniebamus Hamatam. Tertio poſt adventum meum die, aderat eodem cum reliquo exercitu Emir Saif-ed-din Tenguz, quem domi meae in urbe Hamata hoſpitem excipiebam. Denique die Solis, decimo et ſecundo eiusdem menſis, promovebat Damaſcum.

وفيها جهزت خيل التقدمة الي الابواب الشريفة صحبة مملوكي اسنبغا، فحصل قبولها والاحسان عليّ اولا بحصان برقي بسرجه ولجامه ثم بخلعة اطلس احمر بطرز زركش وكلوته زركش وشاش تساعي وهو شاش منسوج جميعه بالحرير والذهب وقبا اطلس اصفر تحتاني وحياصه ذهب بحجامة مجوهرة بفصوص بلخش ولولو وثلثين الف درهم وخمسين قطعة من القماش السكندراني وسيف ولكش اطلس اصفر، فلبست التشريف السلطاني المذكور وركبت في الموكب به في يوم الخميس ثاني رجب الفرد الموافق لثاني تشرين الاول ايضا وشملتني الصدقات السلطانية بتوقيع شريف ان لا تكون بحماة وبلادها حماية للدعوة b الاسماعيلية اهل مصياف بل يتساوون مع رعية حماة في ادّاء الحقوق والضرايب الديوانية وغير ذلك *

وفيها قبض علي تمر الساقي نايب السلطنة بالفتوحات وعلي بهادراص *

وفيها سار الملك الصالح (واسمه صالح) ابن الملك المنصور غازي بن الملك المظفر قرا ارسلان صاحب ماردين الي خدمة خربندا ملك التتر بالتغانم علي عادة والده، فاحسن اليه خربندا ثم عاد الملك الصالح المذكور الي ماردين في جمادي الاخرة من هذه السنة *

وفي

b) للدعوة Legendum لدعاة aut لدعاة

Eodem mittebam equos ad excelſam portam, officii et honoris cauſſa offerendos, cum Aſanboga, mamluco meo; quod meum munuſculum dignabatur Sultan non tantummodo benigne acceptare, ſed etiam generoſo equo Barkenſe, plene inſtructo, tum et trabea compenſare, rubra atlaſina, cum aureo limbo, et Kelute [ſeu cidari] pariter auro picta, et Schaſcho [vel licio], novem ulnarum, toto ex ſerico et auro contexto, tunica atlaſina flava inferiore, tota auro conſuta, cum linteo gemmato, palis Balachſenſibus, et unionibus; triginta quoque millibus drachmarum [ſeu numum argenteum], et quinquaginta telis panni Alexandrini; gladio quoque, et Dilkeſch atlaſino flavo. Hoc indutus Taſchrifo Sultanico [ſeu amictu honoris, ab auguſti munificentia donato] pompam agebam Hamatae, die Iovis, ſecundo ſeptimi menſis, eodemque ſecundo quoque Tiſchrini prioris. Praeterea donabat me quoque Sultanica clementia Taukio [ſeu codicillo], quo edicebatur, non fore tutelam aut praerogativam in territorio Hamateno, invitatoribus Iſmaëliticis, Maſiafi civibus, ſed eos in ſolvendis debitis et vectigalibus divanicis ex aequo cum aliis civibus Hamatenis aeſtimari debere.

Eodem comprehenſus eſt Timur Saki [ſeu pincerna], praefectus Conquaeſtionum; et Bahaderas. Et iſti quidem ſuperiori ſucceſſor menſe quinto adveniebat Emir Saif-ed-din Caſchtai Naſericus. Comprehenſi quoque apud Miſram fuerunt, quo tempore in Marg-Dabek agebamus, Aidogdi Schakir Hoſamicus, mortalium nequiſſimus, item Bectimur Hageb, et Behadur Hoſamicus Magrabicus.

Eodem conferebat ſe Malec es-Saleh, Saleh, filius Malec el-Manſuri Gazii, filii Malec el-Modafferi Cara Arſlani, Merdinae dominus, ad officium Charbandae, Tatarorum principi, coram praeſtandum, una cum muneribus, qualia pater eius olim quoque Tataro praeſtare conſueverat; benigneque acceptus inde redibat Merdinam ſexto menſe.

Te-

وفي اثناء هذه السنة ورد الي الابواب الشريفة رميثة بن ابي نمي من مكة وهو اخو حميضة الاكبر مستنجدا علي اخيه حميضة صاحب مكة حينيذ ، فجهّز السلطان مع رميثة عسكرا من العساكر المصرية وجهّزهم بما يحتاجون اليه ، فسار بهم رميثة الي مكة ، وكان مقدم العسكر تمر خان بن قرمان امير طبلخاناه وامير اخر يقال له طيدمر ، وكان العسكر ماينتي فرس من نقاوة عسكر مصر ، فجمع حميضة ما يقارب اثني عشر الف مقاتل ، وتعبّي العسكر المصري ، وكان رميثة في القلب وبن قرمان ميمنة وطيدمر ميسرة ، والتقوا واقتتلوا في عيد الفطر من هذه السنة وراء مكة الي جهة اليمن بمراحل ورمي العسكر بالنشاب ، فولي جماعة حميضة منهزمين لايلوون ، وكان لحميضة حصن الي جهة اليمن ، فهرب اليه وانحصر به ، فاحاط به العسكر وحاصروه ، فنزل حميضة برقبته ، مع ثلثة او اربعة انفس وهرب خفية واحتاط العسكر علي ماله وحريمه وغنموا من ذلك شيا كثيرا ، قيل انه حصل للفارس من عسكر مصر ما يقارب عشرة الاف درهم ، وكان في الغنيمة من عنبر الخام وامثاله ما يفوت الحصر ، فاطلق السلطان ذلك جميعه للعسكر واستقرّ رميثة صاحب مكة *

وفيها افرج السلطان عن جمال الدين اقوش الذي كان نايبا بالكرك ثم صار نايبا بدمشق واحسن اليه وعلّي منزلته *

وفيها وصل قرا سنقر الي بغداد في رمضان هذه السنة ، وتقدّم مرسوم الي التتر الذين ببغداد وديار بكر وتلك الاطراف بالركوب مع قرا سنقر اذا قصد الاغارة علي بلاد الشام ، وكان

Tenente hoc anno Miſram ex Arabia veniebat ad excelſas portas Romaita, filius Abu-Namii, opem petens adverſus fratrem natu minorem, Homaidam, Meccae tum tyrannum. Expediebat igitur Sultan cum ſupplice copias, quantum opus erat inſtructas, quibuscum Arabs patriam petebat. Duces additi erant Timur Chan, filius Kerman, Emir Tabulchana, et alter aliquis Emir, nomine Taidemor. Ducenti erant in univerſum equites, ſed e medulla copiarum delecti. Quibus Homaida quamvis duodecim obiiceret ſuorum millia, fruſtra tamen erat, et praelio cadebat, quod ad aliquot ultra Meccam diaetas verſus Iemanam, ipſo die feſto Deieiunationis [ſeu Calendis decimi menſis] committebatur, acie noſtra ſic ordinata, ut Romaita medium, Ibn-Kerman dextram alam, Taidemor ſiniſtram, obtinerent. Tam gravis erat et confertus imber ſagittarum hamatarum, quem Miſrenſes in hoſtem excutiebant, ut hic trepidam praecipitemque in fugam nulla re ſuſtinendam, rueret. Homaida ipſe in arcem quandam ſuam, quae ad Iemanam accedit, ſe includebat, et ſuſtinebat obſidionem aliquamdiu; tandem tamen paene ſolus inde, cum tribus quatuorve familiarium, aufugiebat clam, opes et uxores ſuas hoſti permittens, ingentem praedam. Sunt qui perhibent, unicuique ducentorum illorum delectorum equitum Miſrenſium pro ſua portione decem fere numum argenteum millia obtigiſſe; copiamque ambarae Chamenſis ſimiliumque rerum pretioſarum in praeda fuiſſe innumerabilem: quae auguſtus omnia victoribus permittebat. Itaque Romaita in principatum Meccanum immiſſus fuit.

Eodem laxabat Sultan cuſtodiam Gemal-ed-dini Acuſchi, qui primum Carakae, deinceps Damaſci Proſultanus fuerat, magnisque illum beneficiis mactabat, et ampliſſimis honoribus.

Bagdadum huius anni nono menſe veniebat Cara Soncor, cum litteris Charbandae, qui tum in provincia Mugan agebat, quo Tatari Bagdadici, item per Deiar-Becr et vicinos tractus

وكان خربندا مقيما بجهة موغان d واقام قرا سنقر وقدم عليه بها فدوي e وسلم قرا سنقر، ولما دخلت سنة ست عشرة توجه قرا سنقر في مستهل المحرم من بغداد الي جهة خربندا *

وفيها في ذي القعدة ولد للسلطان ولد ذكر ودقّت البشاير لمولده في ديار مصر والشام، ثم توفي المولود المذكور بعد مدة يسيرة، وجهّزت تقدمة لطيفة بسبب المولود المذكور صحبة طيدمر، فقدّمها وحصل قبولها *

وفيها في جمادي الاولي وصل اليّ من صدقات السلطان حصان برقي احمر بسرجه ولجامه صحبة عز الدين ايبك امير اخور، فاعطيته خلعة طرموحشن f بكلوته زركش وفرسا بسرجه ولجامه وخمسة الاف درهم *

وفيها في اواخر ذي القعدة اغار سليمان بن مهنّا بن عيسي بجماعة من التتر والعرب علي التراكمين والعرب النازلين قريب تدمر ونهبهم واخذ لهم اغناما كثيرة ووصل في اغارته الي قرب البيضا بين القريتين وتدمر وعاد بما غنمه الي الشرق *

وفي هذه السنة (اعني سنة خمس عشرة وسبعماية) توفي نجحان بن احمد بن حجي g بن يزيد بن شبل امير ال مرا، وكانت وفاته في اواخر هذه السنة، واستقر بعده في امرة ال مرا ثابت بن عساف بن احمد بن حجي المذكور، وبقي ثابت المذكور وتوبة بن سليمان بن احمد يتنازعان في الامرة *

وفيها

e) برقبته Vox رقبة *cervix*, idem est Arabibus quod Latinis *spiritus*, *individuum*, *persona*. Salad. pag. 236. 2.

excubantes eum in equis et armis comitari iubebantur, quoties Syriam laceſſere tenderet. Sed parum efficiebat,* morbo impeditus; a quo quum convaleſceret, excedebat Bagdado ipſis calendis anni DCCXVI verſus Tatarum regem.

Menſe huius anni undecimo prodibat in lucem filius clementiſſimi noſtri Sultani, (ſed is haud vitalis: brevi enim poſt abibat); publica edebantur ea de cauſſa laetitiae ſigna per Aegyptum et Syriam; et ego ipſe per hanc oportunitatem tenue munuſculum auguſto curabam per Taidemorum offerri; quod is etiam pro ſolita ſua clementia dignabatur accipere, et equo burrho Barkenſe integre inſtructo compenſare; quem menſe quinto huius anni ad me adducebat Emir Achor [ſeu comes ſtabuli] Azz-ed-din Ibec, cui honorarium dabam trabeam طرىوحشن et Kelutam auro pictam, et equum freno ſellaque inſtructum, et quinque drachmarum millia.

Eiusdem anni labente menſe undecimo incurrebat Solaiman, filius Mahanna, filii Iſae, Emiri Arabum, [quem ſupra diximus a patre Tatarorum ſtudiis et obſequio addictum fuiſſe] cum Tatarorum Arabumque ſuorum turma in Turcomannos et Arabes circa Tadmoram palantes, et progreſſus ad Baidaam, pagum inter Kariatein et Tadmoram ſitum, redibat ingente cum praeda in orientem [hoc eſt terras ultra Euphraten ſitas].

Eodem anno ad finem vergente vivis excedebat Naggad, filius Ahmedis, filii Hagii, filii Iezidi, filii Schebli, Emirus Al-Mara (150); cui ſuccedebat Tabet, filius Aſſafi, filii Ahmedis, filii Hagii, eiusdem qui modo commemorabatur. Sed controverſiam ipſi de dominatu movebat affinis, Tauba, filius Solaimani, filii Ahmedis, eiusdem qui ſupra.

* Hic verti, ut potui, ſenſum affectatus. Nam Arabica corrupta erant, et totam narrationem, perturbatam et implexam, ut mihi quidem videtur, non aſſequor.

وفيها توفي بدمشق ابن الاركشي الذي كان نايبا بالرحبة لما حصرها خربندا ، وكان قد عزل في تلك السنة واعطي امرة بدمشق ، وتولي الرحبة مكانه بكتوت الغرماني ، ثم عزل وولّي علي الرحبة بعده طغربك الانصاري *

ذكر اخبار ابي سعيد ملك المغرب ، وفي هذه السنة (اعني سنة خمس عشرة وسبعماية) اجتمع العسكر علي عمر ولد ابي سعيد عثمان ملك المغرب ، وبغي والده h خايف من العسكر ، واقتتل عمر المذكور مع والده ابي سعيد عثمان وانتصر عمر وهرب ابوه ابو سعيد الي تازة ، فسار ولده عمر وحصره بها ، ثم وقع الاتّفاق بينهما علي ان يسلم ابو سعيد الامر الي ولده عمر المذكور ، واشهد عليه بذلك وبقي ابو سعيد في تازة ، وسار عمر بالجيوش الي جهة فاس ، فلحق عمر بعد ايام يسيرة مرض شديد ، فكاتب عسكره اباه بمدينة فاس وعنده بيوت الاموال والسلاح ، فحصره ابوه ابو سعيد نحو تسعة اشهر ، ثم وقع الاتفاق بينهما علي جانب طايل من المال يتسلمه عمر المذكور وان تكون له سجلماسة ، فتسلم عمر ذلك وسار من فاس الي سجلماسة وتسلّمها ، واستغرّ ابوه ابو سعيد عثمان بن يعقوب بن عبد الحق في المملكة علي ما كان عليه ، وكان لعمر المذكور حينيذ من العمر نحو عشرين سنة *

وفيها توفي السيد ركن الدين ، وكان اماما مبرزا في العلوم المعقولات والمنقولات وشرح الحاوي الصغير ومختصر ابن الحاجب في الفقه وفضايله مشهورة ✲

ثم

Eodem obibat Damaſci Ibn el-Aracſchii, qui, quod ſupra vidimus, Rahabae tum praeerat, quum eam Charbanda, inductus a Cara Soncoro, cinctam obſidione angebat: quo tempore ſupra laudavimus quam praeſtitit egregiam operam et erga herum fidem. Translatus inde eo ipſo anno Damaſcum, et Emiratu [ſeu tribunatu militare] ibi donatus fuerat; eius autem in locum ſuffectus apud Rahabam Bactut Kermanenſis; quem ipſum aliquanto poſt inde amotum ſequebatur Togribek Anſaricus.

Eodem movebat Omar, filius Abu-Saidi Otmani, domini Mauritaniae, adverſus patrem ſuum, grande cum exercitu, a quo pater ſibi valde metuebat; et ſane cogebat filius commiſſo praelio victum patrem Tazam confugere, ibique obſidionem tolerare. Res tandem eo deveniebat paciſcendo, ut pater filio ſummam rerum gerendarum adminiſtrationem permitteret. Quod quum pater coram teſtibus ſollemne ſacramento confirmaſſet, manebat ipſe quidem Tazae, filius autem cum exercitu Faſam promovebat. Ibi vero quum grave morbo tentaretur Omar, evocabat exercitus, penes quem numi et arma erant, nervi rerum gerendarum, patrem eius per litteras Faſam; quibus illectus ille ſtatim aderat, filiumque per novem menſes obſeſſum eo adigebat, ut contentus theſauri parte non contemnenda et peculio urbis atque provinciae Segelmeſſae, patri concederet imperio. Annum aetatis agebat Omar tunc temporis vigeſimum; et iuxta poſtremam hanc conſtitutionem ibat Segelmeſſam occupatum. Pater autem, Abu-Saïd Otman, filius Iacobi, filii Abd-el-Hakki, continuabat deinceps, ut olim fecerat, regnare.

Eodem obiit Saiied [ſeu dominus, de gente Muhammedis oriundus] Rocn-ed-din, Imamus eminens in ſcientiis, tam illis, quae ſolo intellectu comprehenduntur, quam quae traditionis et memoriae ſubſidio percipiuntur et propagantur; auctor commentarii in Havi parvum; et alterius in Compendium fundamentorum theologiae forenſis Ibn-el-Hagebi. Egregiae ipſius dotes ſatis notae ſunt et in recente memoria verſantur.

Anno

ثم دخلت سنة ست عشرة وسبعماية، فيها في العشر الاخير من المحرم الموافق لاواخر العشر الاوسط من نيسان تزايدت الامطار، فحصل سيول عظيمة في بلاد حلب وحماة وحمص وغرق اهل ضيعة من بلاد حمص مما يلي جهة جوسية i *

وفيها في ثاني عشرين ربيع الاول الموافق لرابع عشر حزيران وصل الي حماة من ديار مصر الامير بهاء الدين ارسلان الدواداري واوقع الوصية علي اخباز k ال عيسي، ثم استقرت الوصية علي خبز مهنا ومحمد ابني عيسي واحمد وقياض ابني مهنّا المذكور، وركب الامير بهاء الدين المذكور من عندي للحجنا l وسار عليها الي مهنا واجتمع به علي مربعة وهي منزلة تكون يوما قويا عن السخنة m يوم الاثنين سلخ ربيع الاول من السنة المذكورة وتحدّث معه في انقطاعه عن التتر ولم ينتظم حال، فعاد الامير بهاء الدين المذكور الي دمشق، ثم عاد الي موسي بن مهنا بالغرب من سلمية، ثم عاد الي دمشق وتوجه هو وفضل بن عيسي الي الابواب الشريفة واستقرّ فضل اميرا موضع اخيه مهنّا ووصل الي بيوته بتل اعدا في اوايل جمادي الاولي من هذه السنة *

ذكر مسيري الي مصر وعود المعرة، في هذه السنة حصّلت تقدمتي علي جاري العادة من الخيول والقماش والمضاغ وسالت دستورا لاتوجه بنفسي الي الابواب الشريفة، فورد الدستور الشريف وسرت من حماة اخر نهار الجمعة الخامس والعشرين من ربيع الاخر الموافق لسادس عشر تموز، وكانت خيلي قد تقدّمتني، فلحقتهم علي

d) موغان Cod. Leid. بوغان

Anno DCCXVI [qui die 25 Martii A. Chr. 1316 coepit] menſe primo ruente, quod tempus in decimum octavum Niſani circiter incidebat, ruebant imbres copioſiſſimi, rapidique et indeſinentes, in provinciis Haleb, et Hamata et Hemſa; qua in poſteriore, Hemſena nempe, integra villa in tractu Guſiae* cum ſuis incolis ſubmerſa fuit.

Eiusdem anni menſe tertio, die vigeſimo ſecundo, Hamatam veniebat Emir Baha-ed-din Arſlan Davadar, et deponebat commiſſionem inquiſitoriam in ſtipendia gentis Iſae [Emiri Arabum]; quae decernebat ſtipendia deberi** Muhammedi et Mahannae, fratribus, Iſae filiis, et huius rurſus Mahannae filiis, Ahmedi et Caiiado. Inde diſcedebat a me ille Baha-ed-din Ganam, et per eam transibat ad Mahannam; cum quo die Lunae, ultimo tertii menſis conveniebat in Marbaa, quadam Mauzel [aut ſtatione], quae abeſt a Sochana urbe valida diaeta; eique ſuadebat ut Tatarorum amicitiae renunciaret. Sed ſtatui et conciliari certum aliquid nequibat: quapropter per Damaſcum ſe ad Moſen, Mahannae filium, qui tum prope Salamiam agebat, conferebat, et inde regreſſus Damaſcum, una cum Fadlo, Iſae filio, Mahannae fratre, ad excelſas portas remeabat, ubi declaratus Fadl Emirus Arabum, loco fratris, ineunte menſe quinto huius anni ad ſua ſuorumque Arabum tentoria in Tall-Ada perveniebat.

Hoc anno ibam in Aegyptum et recuperabam ea oportunitate Maarram. Scilicet quum dona comparaſſem auguſto pro more exhibenda, equos, veſtiariam ſupellectilem, et tragemata; veniam mihi fieri rogabam, ipſi Miſram veniendi; eaque impetrata excedebam Hamata ſub finem diei Veneris, qui quarti menſis quintus et vigeſimus, Tamuzi decimus ſextus erat. Barido vectus [ſeu veredo imperiale] aſſequebar Damaſci, quos praemiſeram,

* Erat in cod. *Guſchiae.* Vid. ad an. 695.

** استغرت Crederem potius *ſuſpendebat ſtipendia.*

علي خيل البريد بدمشق وخرجت من دمشق في نهار وصولي اليها وهو يوم الاثنين الثامن والعشرين من ربيع الاخر المذكور ووصلت الي القاهرة عشية نهار الاحد ثامن عشر جمادي الاولي وانزلت في الكبش وحضرت بين يدي المواقف الشريفة السلطانية بكرة الاثنين تاسع عشر جمادي المذكورة وشلمني من الصدقات السلطانية ما يفوت الحصر من ترتيب الاقامات في الطرقات من حماة الي مصر ومن كثرة الرواتب مدة مقامي بالكبش ومن الخلع لي ولكل من في صحبتي ، ووصّلني بحصانين بسروجهما ولجمهما ، احدهما كان سرجه محلّي ذهبا مصريا ، واتفق عند وصولي زيادة النيل علي خلاف العادة ووفي ما السلطان وكسر *n* بحضوري في نهار الخميس الثاني والعشرين من جمادي الاولي الموافق لثاني عشر من اب وتاسع عشر مسري ، وهذا شي لم يعهد في جيلنا ، واقمت في الصدقات السلطانية ووصلني بثلث خلع احدها اطلس تحتاني اصفر وفوقاني احمر بطرز زركش وكلوته زركش وشاس تساعي ، والاخري قبا منسوج بالذهب وطراز زركش يزيد عنماية مثقال من الذهب المصري بغرق قاقم ، والخلعة الثالثة عند مسيري قبا ثالث بالشرج *o* ، وتصدّق عليّ بمدينة المعرّة وقصبتها زيادة علي ما بيدي وكتب لي بها تقليد يشبه ما كتب لي بحماة ، ومدحني

e) فدوي C. L. فداوي *Aegrotare* Arabibus est دوي , *aegrum curare*, *mederi* داوي

f) طردوحشن Supra erat كردوحش *g*) حنجي Forte حنجر

h) والده C. L. مع والده *i*) جوسية C. L. جوشية

k) اخبار C. L. اخبار *l*) الحنا num recte?

ſeram, equos; indeque continuans iter eo ipſo, quo illuc appellebam die, Lunae ſcilicet, vigeſimo et octavo eiusdem menſis, perveniebam Cahiram, circa veſperam diei Solis, decimi octavi de quinto menſe; et tum quidem me deducebant in Cabſch [ſeu Arietem, palatium auguſtum ſic dictum, hoſpitibus auguſti diverſorium] altero autem mane, die nempe Lunae, decimo nono quinti eiusdem menſis, arceſſitus ad excelſas ſtationes, experiebar auguſti erga me clementiam tam prolixam, ut ſatis declarare verbis nequeam. Praeter neceſſitates enim mihi meoque comitatui praeſtitas in toto itineris ab Hamata Miſram usque decurſu, et luculenta diaria toto illo tempore, quod in Cabſch exigebam, nobis exhibita, ſtolasque multiplices, quibus tam ego, quam comites mei, donati fuimus: donabat Sultan mihi duo nobiles equos, cum integro ſuo apparatu; quorum unus ſellam gerebat auro fulgentem Aegyptiaco. Interea quum in aulam ſic advenio, contingebat inſolita Nili ubertas. Nam quae Sultani aqua dici ſolet, legitimam ſuam menſuram attingebat, et die Iovis, vigeſimo ſecundo dicti menſis, vel Abi duodecimo, et decimo nono Meſori, perfringebat Chaligum [vel canalem], me praeſente. Quae res aetate noſtra nondum acciderat. Subſiſtebam itaque in clementiis et beneficiis Sultanicis, et accipiebam trabeas tres; quarum unius toga exterior erat atlas ruber, cum limbo aureo; tunica interior erat atlas flavus, cidaris auro picta, et taenia novem ulnarum; altera trabea erat Caba [ſeu tunica Perſica] auro contexta, et limbo phrygionico plus centum mitcal [ſeu plus 150 drachmis] auri Aegyptiaci, cum pelle hermelina; tertiam accipiebam abituriens, Cabam cum loris. Praetereaque mihi dementer largiebatur Sultan Maarram, urbem ſimul et arcem, curabatque mihi diploma iſtius donationis expediri, ſimile illi, quod accipiebam cum Hamatae inveſtitura. Haec ab auguſto collata in me beneficia, et praecipue reſtitutionem Maarrae celebrabat Schahab-ed-din, ſecretarius camerae

ومدحني شهاب الدين محمود كاتب الانشاء الحلبي بقصيدة ذكر فيها صدقات السلطان وعود المعرة اضربنا عن غالبها خوف التطويل ، فمنها

بك تزهي مواكب واسرّة ولك الشمس والغواصب p اسرّة ،
وبايامك التي هي روض للاماني تجني ثمار المسرّة ،
بك كل الدنيا تهني ويضحي قدرها عاليا وكيف المعرّة *

وتوجهت من الابواب الشريفة وانا مغمور محبور باذواع الصدقات السلطانية وسرت من الكبش بعد عشاء الاخرة من الليلة المسفرة عن نهار الجمعة رابع عشر من جمادي الاخرة وقدّمت مملوكي طيدمر الدوادار مبشّرا علي البريد لاهلي بحماة ، ثم لحقني الي سرياقوش الامير سيف الدين كجري امير شكار بسنقر ، وكذلك وصلني احمال من الحلاوة والسكر والشمع زايدا عن الاقامات المرتّبة في الطرقات ، وكذلك وصلني سيف محلّي بالذهب المصري ، واتممت السير وتوجّهت عن غزة للزيارة ، فزرت الخليل ثم القدس وسرت من القدس يوم الثلثا الخامس والعشرين من جمادي الاخرة ودخلت دمشق يوم الاحد مستهلّ رجب ، ولما q اصبحت سرت منها ودخلت حماة نصف الليلة المسفرة عن نهار الخميس خامس رجب الموافق لثالث وعشرين ايلول ، فانّي قصدت في ذلك عدم التثقيل علي الناس ، فانهم كانوا قد زيّنوا حماة واحتفلوا بالبسط لقدومي ، فدخلت

m) السخنة Cod. Leid. الشحنة
n) Forte pro ما leg. ماء et poſt كسر ſupplendum الخليج
o) بالشرح Cod. Leid. بالشر ـ

Halebenſis, illo in carmine, quod meas in laudes tum ſcribebat; unde ſequentia tantum, ceteris brevitatis ſtudio miſſis, afferam.

In te ſuperbiunt et laetantur ſplendidae pompae aulicae, et throni; thronos autem tibi praebent ſol et ſtellae.

Et in diebus tuis, qui ſunt paradiſus votorum, decerpimus laetitiae fructus.

In te beatus eſt totus mundus, et dignitas eius evaſit excelſa: quidni ergo multo magis Maarra?

Sic excedebam e portis excelſis obrutus clementiae Sultanicae variis generibus, ultimamque poſt veſperam, ineunte nocte, quae diem Veneris, decimum quartum ſexti menſis, antecedebat, movebam ex Cabſch, meumque mamlucum, Taidemorum Davadarum praemittebam, eo fine, ut genti meae, Hamatam veloce pervectus equo, bonum nuncium adferret. Ad Siriacus (151) aſſequebatur me Emir Saif-ed-din Cagri, praefectus Succari [vel tragematum ex ſaccaro confectorum], cum سنغر* nec non aliis dulciariorum, ſaccari, cerae, oneribus, praeter ea, quae mihi a Sultano ad itineris neceſſiates quavis in ſtatione erant aſſignata. Idem mihi gladium quoque auratum afferebat. Ita continuabam iter Gazam usque. Gaza ibam ſepulcrum Chalili, [hoc eſt Abrahami patriarchae] viſitandum; inde Hieroſolymas; unde die Martis exibam, vigeſimo quinto ſexti menſis, et Damaſcum intrabam ipſis Cal. ſeptimi menſis. Altero mane promovebam verſus Hamatam, ubi appellebam media nocte, quae diem Iovis quintum dicti menſis, vel vigeſimum tertium Iluli, praecedebat. Nolebam enim civibus gravis eſſe, qui me reducem ſplendido apparatu excipere geſtientes ornaverant urbem, et equo meo tapetes iam per vias inſtraverant. Propterea de

* Credo idem eſſe, atque quod infra سنغر eſt et inter alias aves rapaces venaticas recenſetur, unde probabile fit avem eſſe, venationem edoctam, falconem, aut miloum. Conf. ad a. 728. [Sed probabilius tamen eſt, genus confectionis ex ſaccaro deſignari.]

فدخلت بغتة ليلا لذلك ، ولم يكن عسكر حماة فيها ، فانّي جرّدتهم الي حلب حسب المرسوم الشريف وساروا من حماة الي حلب يوم خروجي من حماة الي الديار المصرية فاقاموا بحلب ، ثم جرّدهم نايب حلب الي عين تاب ثم الي الكنختا ، ثم عادوا الي حماة في اول شعبان بعد قدومي بقريب شهر *

وفيها مرض r الامير سيف الدين كستاي ، نايب السلطنة بطرابلس والغلاع في يوم الاربعا تاسع عشر ربيع الاخر الموافق لثامن ايلول ، فولّي السلطان موضعه الامير شهاب الدين قرطاي الذي كان نايبا بحمص ، واقام في النيابة بحمص الامير سيف الدين ارقطاي احد امراء دمشق حينيذ *

وفيها في جمادي الاخرة سار مهنّا بن عيسي وكان نازلا بالغرب من عانة الي خربندا واجتمع به بالغرب من قنغرلان ثم عاد الي بيوته *

وفيها في ثاني عيد الغطر الموافق لتاسع عشر كانون الاول وقع بحماة والبلاد التي حواليها ثلوج عظيمة ودامت اياما وبقي علي الارض نصف ذراع ودام علي الارض اياما وانقطعت الطرق بسببه ، وكان ثلجا لم اعهد مثله ، وكان البرد والجليد شديدا عامّا في البلاد حتي جلد الماء في الديار المصرية ووقعت الثلوج باللاذقية والسواحل *

وفيها جهّزت صحبة لاجين المشدّ تقدمة لطيفة ومملوكا يسمي يلدز الي المواقف الشريفة ، فوصل بذلك وقدّمه ، فقبله وشملتني صدقات السلطان صحبة لاجين المذكور بمسامحات ما علي بضايع اجهزها مع كافّة التجار في جميع البلاد ، وكذلك

p) الغواصب An الغواضب *acuti enses?* Sed id non capio.

nocte irrepebam, praeter opinionem. Sed copias domi non reperibam. Eas enim ipſe ego priusquam Hamata Miſram irem, vi excelſi mandati Sultanici Halebum expediveram, quo illae illo ipſo die ibant, quo ego iter meum inibam. Qui tunc Halebi Proſultanus erat illas aliquo tempore poſt ad Aintab, tum ad Cachtaam expediverat; neque redibant Hamatam ante Cal. octavi menſis, menſe fere poſt adventum meum.

Eodem anno quum aegrotaret Emir Saif-ed-din Caſchtai, Proſultanus Tripoli et in arcibus maritimis Palaeſtinae, die Mercurii, decimo nono quarti menſis, vel octavo Iluli, praeficiebat Sultan eius loco Emirum Schahab-ed-dinum Cartaiium, hactenus Hemſae Proſultanum; cui apud Hemſam porro ſuccedebat Emir Saif-ed-din Aractai, unus Emirorum Damaſci tunc temporis.

Eiusdem ſexto menſe ibat Mahanna, filius Iſae, ad Charbandam Tatarum, et cum eo colloquia miſcebat prope Congorlanam. Deinceps ad tentoria ſua redibat, quae prope Anam tunc habebat. [Erat enim princeps Arabum Scenitarum.]

Altero die poſt feſtum Deieiunationis [hoc eſt ſecundo decimi menſis] et decimo nono Canuni prioris, cecidit in agro Hamatae et vicinis, tanta nivis copia, ut terrae ſuperficiem ad mediae ulnae altitudinem per plures dies obtegeret, et vias faceret immeabiles: qualem et quantam ego certe nunquam vidi. Gelu quoque et glacies in tota terra erat immanis, ut vel in ipſa Aegypto aqua concreſceret. Laodicaea quoque totusque tractus Syriae et Palaeſtinae maritimus eam nivem vidit.

Eodem dirigebam cum Lagino, Moſcheddo [conſule, ut videtur, urbis Hamatae] ad ſtationes excelſes [ſeu aulam Miſrenſem] exile meum munuſculum, et mamlucum meum Ilduzum; quae clementer accipere dignabatur Sultan; mihique per eundem Laginum inſinuabat codicillos, quibus mihi certa quaedam iura et vectigalium remiſſiones indulgebat circa ilias merces, quas ego ſolebam cum omnis generis mercatoribus terrarum quorſumcun-

وكذلك زادني علي المعزّ بجملة غلال دلالها وضاعف عليّ صدقاته ، وكان وصول لاجين بذلك الي حماة بسابع عشرين شوال من هذه السنة (اعني سنة ست عشرة وسبعماية) *

وفيها قصد حميضة ابن ابي نمي خربندا مستنصرا في اعادته الي ملك مكة ودفع اخيه رميثة ، فجرّد خربندا مع حميضة الدرفندي t وهو النايب علي البصرة وجرّد معه جماعة من التتر وعرب خفاجة *

وفيها في ذي القعدة خرجت المعزّ عني ، وسبب ذلك ان محمد بن عيسي طلبها ليحضر الي الطاعة ، فاجيب الي ذلك وتسلّمها نواب المذكور ، وكتب الي السلطان بما طيّب خاطري من جهتها *

وفيها بلغ السلطان ان حميضة قد جهّز خربندا بعسكر وخزانة صحبة الدرفندي ليملكه بمكة ، فجهّز السلطان نايبه في السلطنة وهو المغزّ الاشرف السيفي ارغون الدوادار ، فحج وحجّ العسكر صحبته وعادوا سالمين ، واما حميضة والدرفندي فكان من امرهما ما سنذكره *

وفيها لما قدم عسكر مصر الي مدينة الرسول كان مقدمهم المغزّ السيفي ارغون ، فحضر اليه منصور بن حمار u الحسيني صاحب مدينة الرسول فطلع معه يودّعه الي عيون حمزة ، فخلع نايب السلطنة علي منصور المذكور وعلي ولده كبيش بن منصور واعادهما الي المدينة ، فلما حضر المحمل المصري وصحبته العسكر خرج اليهم منصور ، فقبضوا عليه واحضر معتقلا الي بين يدي السلطان الي ديار مصر ، فتصدّق عليه السلطان وافرج عنه وامره بالعود الي بلده *

وفي

q) لما deeft in cod. L. r) مرض Forte مات

s) كشتاي Forte كستاي

que deſtinare. Idque beneficium ceteraque ſua eo augebat, quod mihi privos donaret frumentarios reditus ex aliquot bene multis agris Maarrae. Lagin haec mihi tanta munera perferens die vigeſimo ſeptimo decimi menſis huius anni DCCXVI Hamatam veniebat.

Eodem adibat Homaida, filius Abu-Namii, regem Tatarorum, Charbandam, eius requirens auxilium, recuperando Meccano dominio, fratrique, Romaita, inde depellendo. Annuebat ſupplici Tatarus, praefectumque Baſrae, Darcandium, una cum legione e Tataris et Arabibus Chafagitis conflata, addebat. Sed ea quidem molitio in fumos abibat; non tam ideo, quod Sultan, audiens Homaidam a Charbanda virisque et armis et opibus inſtructum, una cum Darcandio Meccam ire recuperatum, expediebat ſub ſacri cauſſa itineris generalem ſuum Proſultanum, nobiliſſimam S. Excellentiam Saificam, Argunum Davadarum, cum exercitu, qui etiam peractis ſacris, hoſte non conſpecto, ſalvus et ſanus rediit: ſed potius ideo, quod, cuius ex auctoritate omnia iſta agitabantur, Charbanda inter haec vivis excedebat: qua de re ſtatim pluribus dicemus. De copiis illis Miſrenſibus in Hegazum expeditis id adhuc notamus, quod, qui Vrbi prophetae tum dominabatur, Emir Manſur, filius Hemari, de gente Hoſaini oriundus, imperatori Arguno ſuum officium praeſtiterit, et abeuntem usque ad Oiun [ſeu fontes] Hamzae proſecutus fuerit; unde Argun eum eiusque filium, Cobaiſchum, ambos principalibus trabeis donatos Medinam remiſerit. Quum autem paullo poſt Mahmal [ſeu auguſti lectica] cum integro exercitu Miſrenſe ad Vrbem appelleret, comprehendebant hi Manſurum, ipſis ſalutandi cauſſa obviam egreſſum; vinctumque in Aegyptum ad Sultanum mittebant, qui eum laxatum clementerque acceptum ad Vrbem ſuam remeare iubebat.

Circa

وفي هذه السنة (اعني سنة ست عشرة وسبعماية) في سابع عشرين رمضان مات خربندا ابن ارغون بن ابغا بن هولاكو بن طلو بن جنكزخان ، وكان جلوسه في الملك في اواخر ذي الحجة سنة ثلث وسبعماية ، ومات بمدينة الجديدة التي سمّاها السلطانية ، وكان اسم بغعتها قنغرلان ، فلما مات خطب بالسلطنة لولده ابي سعيد بن خربندا وكان عمره نحو عشر سنين ، واستولي علي الامر جوبان بن الملك بن تناون *

ذكر ما جري لحميضة والدمرقندي ، كان خربندا قد جهز حميضة وجهز معه الدمرقندي نايب السلطنة بالبصرة وجهز معه عسكرا وخزانة ليسير الدمرقندي بالعسكر مع حميضة ويقاتل عسكر المسلمين الواصلين الي الحج ويملك حميضة بدل اخيه رميثة ، فسار الدمرقندي وحميضة ومن معهما من عسكر التتر والعرب حتي جاوزوا البصرة ، فبلغهم موت خربندا ، فتفرّقت تلك الجموع ولم يبق مع الدمرقندي غير ثلثماية من التتر واربعماية من عقيل عرب البصرة ، وكان قد استولي علي البصرة ابن السوايكي ، فارسل استوحي *x* محمد بن عيسي علي الدمرقندي ، فجمع محمد بن عيسي عربه من خفاجة وعرب اخوته واولاد اخوته وسار

t) الدمرقندي Paullo infra eſt الدمرقندي et الدمرقندي

v) حمار Forte حماد

x) استوحي *inſtigavit eum*, حركه ut Golius in Lexico habet; proprie *iuſſit eum properare*, inclamavit ipſi الوحا الوحا *cito, cito*, nempe opitulatum veni. Multa proſtant apud Golium in hac radice veſtigia cele-

Circa haec eadem tempora, menſe huius anni duodecimo finiente, rurſus excidebam Maarra. Muhammed enim, filius Iſae, flagitaverat eam, ut praemium ſui ad officium reditus, et a Tatarica ſocietate defectionis. [Neque poterat facile repelli homo, qui nocere poterat.] Videns itaque Muhammed voti ſe damnatum, per miſſos commiſſarios accipiebat eam a meis in fidem. Interea veniebant mihi a Sultano litterae, quae meam aegrimoniam ab iſta iactura contractam blandis verbis mitigarent.

Mors Charbandae, de qua paullo ante memorabamus, in diem vigeſimum ſeptimum noni menſis huius anni incidit. (152) Erat ille Charbanda, filius Arguni, filii Abogae, filii Hulacui, filii Tului, filii Genkizchanî, rex Tatarorum. Obiit in urbe, quam ipſe condiderat, in ſolo, quod olim Congorlan appellabatur, et quam ipſe Sultaniam [ſeu auguſtam] appellavit. Occupaverat Tataricum in oriente regnum ruente anno DCCIII. Poſt ipſum proclamabatur Sultan eius filius, Abu-Saïd, puer fere decennis; poteſtatem vero ad ſe rapiebat Guban [ille, cuius ſupra ad annum DCCXV in excidio Malatiae meminimus,] filius Il Maleki, filii Tanavuni.

Multum turbabat ille caſus Homaidae circulos, et expeditionem, quam is una cum Darcandio adverſus Meccam, fratremque ſuum, et copias ex Aegypto illuc ſub ſpecie ſacri itineris appellentes, inſtruebat. Accepta enim fama de Charbandae obitu, diffluebant Tatari iuxta et Arabes; neque perſiſtebant de tanto numero niſi tercentum ferme Tatari, et quadringenti Ocailitae, qui ſunt Arabes Baſrenſes. Neque id ſufficiebat calamitatis. Qui enim per abſentiam Darcandii principatum Baſrae arripuerat, Ibn es-Savaieki, adverſus eum inſtigabat Muhammedem, Iſae filium, neque difficulter, praedae cupidum patentis. Muhammed itaque ſuos Arabes, hoc eſt Chafagitas, et fratrum ſuorum cum filios, tum ceteros clientes Arabes adſciſcens, mo-

وسار الي الدرقندي، فاحرز له بالغرب من البصرة واتفق معه في العشر الاخير من ذي الحجة من هذه السنة (اعني سنة ست عشرة وسبعماية)، فانهزم الدرقندي في بضع وثلثين نفسا من الزامه وانهزم حميضة برقبته واخذ حريم حميضة وما كان معه من الاموال وكذلك الحيم والاثقال والجمال وكان ذلك شيا عظيما *

وفيها هرب التراكمين الكنجاوية الي طاعة السلطان وفارقوا التتر، فسارت التتر في طلبهم، فانجد الكنجاويين عسكر البيرة واتفقوا مع التتر، فانهزم التتر هزيمة قبيحة واسر منهم نحو خمسين من المغل وقتل منهم جماعة، ووصل الكنجاوية سالمين باذواتهم وحريمهم الي البلاد الاسلامية *

ثم دخلت سنة سبع عشرة وسبعماية، ولما دخلت هذه السنة كان الصبي ابن خربندا واسمه ابو سعيد قد حضر من خراسان صحبة سونج وغيره من الامراء الي ظاهر السلطانية واجتمعوا مع خوبان ونزلوا جميعهم بظاهر السلطانية مع ٧ ذيل الجبل، ومضي من اول هذه السنة عدّة اشهر ولم يجلس هذا الصبي علي سرير الملك بل اسم السلطنة للصبي والحاكم خوبان، وفي الباطن بينه وبين سونج الوحشة وكل من سونج وجوبان يختار ان يكون هو الذي يجلس الصبي ويكون نايبه، فتاخّر جلوسه لذلك، ثم انهم اتفقوا واخرجوا استغطلو عنهم وجهّزوه الي خراسان، وكان قد تحرّك علي خراسان التتر الذين بخوارزم وما وراء النهر وقيل ان ملكهم ياشور *

وفيها

celeritatis. Vnum addo illi praeteritum. موجية *repentinum malum.* Exstat in Hamasa minore in illo, cap. 33. علام جدت فلما خفت موجية

vebat adverſus Darcandium, eumque ſtructis apud Baſram inſidiis adoriebatur hoc anno ad finem inclinante; cogebatque cum triginta et aliquot maxime familiarium fuga ſalutem quaerere. Homaida vix ipſe ſalvus cladem evadebat. Gynaeconitis eius et reliquae omnes opes praedatori cedebant, ut et ditiſſimum aerarium, quod Tataricus dux ſecum trahebat, omnia tentoria, impedimenta, cameli, verbo grandes divitiae.

Eodem transfugiebant, deſertis Tataris, ad Sultani officium Turcomanni Congaënſes. Perſequebantur eos quidem Tatari. At illi tamen, aucti praeſidiis Birae in auxilium vocatis, retundebant in foedam fugam Tataros, et quinquaginta fere Mogolos vivos capiebant, quorum nonnullos deinceps neci dabant. Itaque ſalvi evadebant iſti Congaënſes cum ſuis familiabus et opibus in ſolum Muſlemicum.

Anno DCCXVII [qui die 15 Martii A. Chr. 1317 coepit] eoque ſatis iam profecto collocatus demum in regio ſolio inauguratusque fuit Tatarorum princeps iuvenis, Abu-Saïd, cuius patrem Charbandam anni ſuperioris nono menſe deceſſiſſe, diximus. Eo is ex tempore Sultani quidem nomen geſſerat, anni vero ſuperioris reliquiae, huiusque complures menſes effluebant, antequam ſollemnibus ceremoniis inauguraretur. Cuius rei cauſſa erat ambitio duorum regni primatum Gubani et Sunagi; quorum unusquisque cupiebat puerum in ſolio collocare, eoque tutor eius et regni procurator fieri. Iam ſuperiore anno venerant e Choraſana cum puero rege Sunag ceterique multi duces in agrum Sultaniae, et ad pedem vicini montis auguſta ſtativa collocaverant. Sed trahebat iſtius ceremoniae exſecutio dictam ob cauſſam ſatis diu, donec tandem cum Gubano, qui ſummam poteſtatem arripuerat et in manibus tenebat, pax et concordia coaleſceret. Quo facto Iſtactolum in Choraſanam emittebant, ubi Tatari motus ſuſcitabant, illi nempe, qui Chovarezmiam et Transoxanam tum tenebant, et regi parebant, cui Iaſchuro nomen fuiſſe ſunt qui perhibent.

وفيها في يوم الثلثا السابع والعشرين من صفر الموافق لعاشر ايار من شهور الروم كان السيل الذي خرّب بعلبك، فانه جاء من شرقيّها بين الظهر والعصر، فسكره السور وقوي السيل وقلع برجا وبعض التدينين * اللتين علي يمين البرج وشماله وسار بالبرج صحيحا يخطر بالبلد ويخرب ما يمرّ به من الدور مسافة بعيدة، قيل انها خمسماية ذراع، ودخل السيل الجامع وغرق به جماعة ورمي المنبر وخرّب بعض حيطان الجامع وبلغ السيل الي روس العمد، وكذلك دخل السيل المذكور الحمامات وغرق فيها جماعة ونهب للناس بذلك اموال عظيمة وخرّب دورا كثيرة واسواقا وغرق عدة كثيرة من الرجال والنساء والاطفال واتلف كتب الحديث والمصاحف وكانت مضرّته عظيمة *

وفيها في ربيع الاخر كانت الاغارة علي امد، وسبب ذلك ان نايب السلطنة بحلب جهّز عدة كثيرة من عسكر حلب وغيرهم من التراكمين والعربان والطمّاعة وقدّم عليهم شخصا تركمانيا من امراء حلب يقال له بن جاجا، وكان عدّة المجتمعين المذكورين ما يزيد علي عشرة الاف فارس، فساروا الي امد وبغتوها ودخلوها ونهبوا اهلها المسلمين والنصاري، ثم بعد ذلك امر باطلاق من كان مسلما، فاطلقوا بعد ان ذهبت اموالهم، وبالغ المجتمعون المذكورون في النهب حتي

موجية تعقبتك من البخل العقابيل، "Quarenam olim quidem munificus eras, nunc autem, quum times repentinam aliquam calamitatem, te rurfus invadunt reliquiae [clandeftini velut morbi,] avaritiae?"

y) مع Forte في

Secundi menſis vigeſimo ſeptimo, eodemque Martis die, vel decimo Iiari, ſaevus ingruebat ille torrens, qui Balabacum evertit. Veniebat is ab urbis oriente, pomeridianis horis, et aliquanto quidem ſuſtentus a muro, tanquam aggere oppoſito, deinceps tamen invaleſcens abripiebat turrim aliquam e moenibus eminentem, cum parte quadam probolorum iſti turri ab utraque parte adſtantium. Ibat, horrendum dictu, integra turris per urbem ſaltuatim divagans coeco impetu; qua ibat ſternebat omnia, ſpatiumque prodigioſa illa diſcurſitatione haud exiguum emetiebatur. Sunt qui ulnas eam perhibent quingentas peragraſſe. Irrumpens in templum, in quod ſe multi receperant, exſtinguebat torrens haud paucos; ſuggeſtum partemque parietum deiiciebat, et ipſos aequabat altitudine vertices columnarum. Pervadens quoque publica balnea multos ſuffocabat, ingentes aſportabat opes, deſtruebat domos et fora,* ſexusque et aetatis omnis delebat homines quam plurimos; perdebat libros traditionum et codices Corani, verbo ſtragem importabat maximam.

Menſe huius anni quarto abrepta fuit a noſtratibus Amida. Nimirum Halebi, qui tum erat, Proſultanus ingentem eo expediebat exercitum, plus decies mille equitum, tam Halebenſis regularis militiae, quam Turcomanorum, et Arabum, aliorumque ſponte ſua nullo cum ſtipendio, ſed ob lucri ſpem, caſtra ſequentium; quibus Turcomanum aliquem Emirum Halebenſem [ſeu ad praeſidia Halebenſia pertinentem] Ibn-Gaga dictum praeficiebat. Securam illi Amidam obruentes derepente effringebant et expilabant, Muſlemosque iuxta et Chriſtianos incolas in captivitatem rapiebant. Iuſſi quidem Muſlemi deinceps rurſus dimitti: opes tamen non recuperabant. Saevitum in humana divinaque tum fuit tam inhumaniter et crudeliter, ut ipſi templo

* Hoc eſt, tales contextas ſtructuras, vel porticus in quibus orientales merces ſuas vendunt. Itineratores appellant *Bazaros.*

حتي نهبوا الجامع واخذوا بسطه وقناديله وفعلوا بالمسلمين كل فعل قبيح وعادوا سالمين وقد امتلاءت ايديهم من الكسوبات الحرام التي لا تحلّ ولا تجوز شرعا ، وخلت امد من اهلها وصارت كانها لم تغن بالامس *

وفيها في ثاني عشرين ربيع الاخر وصلني من صدقات السلطان حصان برقي بسرجه ولجامه صحبة موسي احد امرا خربة ، فوصّلته بالخلع والدراهم وقابلت الصدقات بمزيد الدعاء *

وفيها خرج السلطان الملك الناصّر خلد الله ملكه من الديار المصرية في رابع جمادي الاولي الموافق لرابع عشر تموز الي حسبان من البلقاء ووصل اليها a في سادس عشر جمادي الاولي b ووصل اليه في حسبان المقرّ السيفي تنكز نايب السلطنة بالشام ووصل اليهه صحبته جماعة من الامراء وكنت طلبت دستورا بالحضور ، فرسم بتجهيز خيل التقدمة ومقامي بحماة ، فجهّزتها واقمت وقدّمت خيلي يوم نزوله علي حسبان وهو يوم الثلثا سادس عشر جمادي الاولي ، وكنت قد جهزتها صحبة طيدمر الدوادار ، فقبلت وتصدّق السلطان وارسل الي صحبة طيدمر تشريفا كاملا علي جاري العادة من الاطلس الاحمر والاصفر والكلوته الزركش والطرز الزركش بالذهب المصري ، وكذلك تصدّق بثلثين الف درهم وخمسين قماش ، وركبت بالتشريف المذكور الموكب بحماة نهار الاثنين سادس جمادي الثانية من هذه السنة (اعني سنة سبع عشرة وسبعماية) ، ثم عاد السلطان الي الديار المصرية من الشوبك ولم يصل في خرجته هذه الي دمشق بل رجع من بلاد البلقاء *

وفيها

non parceretur, ſed eius ſtragulas et candelabra diriperent avidi et effrenes raptatores, foedaque et nefanda omnia ſuos in fratres Muſlemos impune ſtatuerent. Salvi enim redibant, aſylis onuſtis ſpoliis, quae attrectari religio vetat. Itaque deſolata ſpeciem faciebat Amida ſpectatoribus, ac ſi paullo ante culta et frequentata non fuiſſet.

Eiusdem quarti menſis die vigeſimo ſecundo accipiebam a Sultani clementia equum Barkenſem integro cum apparatu ſuo, per Muſam, unum aliquem de illis, qui Emir-achori [ſeu Comitis ſtabuli] dignitate funguntur: quem ſtolis drachmisque viciſſim donabam munerisque auctorem frequentibus et piis apud deum votis proſequebar.

Paullo poſt, quarto nempe quinti menſis, vel decimo quarto Tamuzi die, egreſſus e Miſra veniebat Sultan, cui diuturnum et felix regnum largiri velit deus, eiusdem menſis die decimo ſexto, Hosbanam, oppidum regionis Balcaae, quo ad ipſum accedebat Ex. S. Saifica Tenguz, Syriae Proſultanus, una cum aliis multis Emiris. Ego ipſe quoque veniam ſalutandi rogabam; verum munera quidem mea, hoc eſt equos, mittere, ipſe vero domi meae manere iubebar. Obtemperabam. Et equi mei quidem offerebantur ipſo illo die, quo auguſtus Hosbanam deſcendebat, hoc eſt Martis, decimo ſexto quinti menſis. Eo enim illos iam antea direxeram cum meo mamluco Taidemoro Davadaro; dignabaturque Sultan clementer accipere; viciſſimque mihi per eundem Taidemorum mittebat Taſchrifum [ſeu veſtem principalem], integram pro more ſuo rubram et flavam, et cidarin auro diſtinctam, praetextaque auro Aegyptiaco grave; ut et triginta millia drachmarum, et quinquaginta panni telas. Quo indutus habitu pompam publicam equeſtrem die Lunae, ſexto ſexti menſis, Hamatam agebam. Regreſſus deinceps per Schaubecam auguſtus Aegyptum repetebat, Damaſco pro hac vice non ſalutata.

Eodem

وفيها وصل مثال السلطان بالبشارة d بالنيل وان الخليج كسر في رابع جمادي الاولي وسلخ ابيب قبل دخول مسري ، وهذا مما لا يعهد ، فانه تقدّم عن عادته شهر e *

وفيها بعد رحيل السلطان عن الكرك افرج عن الامير سيف الدين بهادراص ووصل بهادراص الي دمشق واتمّ السلطان المسير ودخل مصر يوم الاربعا منتصف جمادي الاخرة من هذة السنة *

وفيها في اثناء ذي الحجة ظهر في جبال بلاطنس انسان من بعض النصيرية وادّعي انه محمد بن الحسن العسكري ثاني عشر الايمة عند الامامية الذي دخل السرداب المقدّم ذكره ، فاتبع هذا الخارجي الملعون من النصيرية جماعة كثيرة تقدير ثلثة الاف نفر وهجم مدينة جبلة في يوم الجمعة الحادي والعشرين من ذي الحجة من هذه السنة والناس في صلوة الجمعة ونهبت اموال اهل جبلة وسلبهم ما عليهم ، وجرّد اليه عسكر من طرابلس ، فلما قاربوه تفرّق جمعه وهرب واختفي في تلك الجبال فتتبّع وقتل لعنه الله وباد جمعه وتفرّقوا ولم يعد لهم ذكر *

ثم

a) التديتين corruptum.

a) ووصل اليها deerat cod. Leid.

b) الاولي Codex Leidenfis habet الاخرة

c) بتجهيز Forte بتجهيزي

d) بالبشارة Forte في البشارة aut aliquid deeft.

e) شهر Forte بشهر

Eodem adveniebat ab auguſto Metal [ſeu epiſtolium], quo iubebamur laetari, gaudiumque prodere ob egregia Nili et praematura incrementa, quandoquidem Chalig [ſeu canalis] apertus fuerit (153) die quarto quinti menſis, et ultimo Abibi, ante cal. Meſori, menſis Coptici, more prorſus inſolito. Nilus enim ſe ipſum ſic integro menſe anticipaverat. (154)

Eodem poſtquam a Caraka* moviſſet Sultan, in libertatem reddebat Emirum Bahaderaſum; quo Damaſcum abeunte, continuabat ipſe Miſram verſus, quam intrabat die Mercurii, medio menſe ſexto.

Eiusdem anni tenente menſe duodecimo prodibat in monte Balatanſae [vel Platanuſae] aliquis Noſeirita (155), qui ſe iactabat Muhammedem, filium Haſani, Aſcaritae, Imamorum, quos duodecim venerantur Imamici, duodecimum et ultimum eſſe; illum nempe, quem e cavea non rediiſſe dicunt, et adhuc vivere, et ante finem rerum in lucem proditurum credunt. Manam contrahebat haec impoſtura factionem maledicto illi Charegitae [vel haeretico]. Noſairitae, quin ipſum aſſectabantur, ad tria fere millia, ſubito Gabalam urbem, die Veneris, vigeſimo primo duodecimi menſis, obruebant, quum cives in templo ſollemnibus iſtique diei propriis precibus vacabant; et non contenti reliquas facultates diripuiſſe, rapiebant etiam quae miſeri corpore geſtabant. Sed eos immiſſae e vicina Tripoli copiae, vel ipſo adventu ſuo diſſipabant. Impius latro e montium receſſibus, quo ſe per fugam abdiderat, protractus capite poenas ſcelerum dabat. Infamias turba ſic exſcindebatur, ut vel nomen eius auditum deinceps non fuerit; quos omnes aeternis diris deus devoveat!

Ineunte

* Paullo ante nominabat Schaubecam. Vtrumque ſtare poteſt ob viciniam locorum.

ثم دخلت سنة ثمان عشرة وسبعماية، في اوايل هذه السنة سار فضل بن عيسي الي ابن خربندا وجوبان الي بغداد واجتمع بهما واحضر لهما تقدمة من الخيول العربية، فاقبل جوبان عليه واعطي فضل المذكور البصرة واستمرّت له اقطاعاته التي كانت له f بالشام بيده مع البصرة، واقام فضل عندهما مدّة واجتمع بغزا سنقر هناك، ثم عاد الي بيوته، وبعد مسير فضل عنهما سار جوبان وبن خربندا عن بغداد الي g قنغرلان وهي المدينة الجديدة المسمّاة بالسلطانية *

وفي هذه السنة توجهت من حماة الي الديار المصرية وخرجت الخيل قدامي من حماة في نهار السبت منتصف جمادي الاولي الموافق لنصف تموز ايضا وتاخّرت انا بحماة ثم خرجت من حماة وركبت خيل البريد في نهار الاثنين الرابع والعشرين من جمادي الاولي ورابع عشرين تموز ولحقت خيلي وثقلي بغزة نهار الاحد غرّة جمادي الاخرة وهو اليوم الثلثون من تموز وسرت بهم جميعا ووصلت الي قلعة الجبل وحضرت بين يدي مولانا السلطان الملك الناصر خلّد الله ملكه بها في نهار الخميس ثاني عشر جمادي الاخرة الموافق لعاشر اب الرومي، وشملتني صدقاته بالتنزيل في الكبش وترتيب الرواتب الكثيرة بعد ما كان رتّب لي في جميع المنازل من حماة الي الديار المصرية الرواتب الزايدة عن كفايتي وكفاية كل من هو في صحبتي من الاغنام والخبز والسكر وحوايج الطعام والشعير والبسني تشريفا في حال قدومي من الاطلس بطرز الزركش والكلوته علي العادة واركبني حصانا بسرج محلي بالذهب واقمت تحت صدقاته في الكبش علي اجمل حال، ثم انه عنّ لي ان اري مدينة

Ineunte anno DCCXVIII [qui die 4 Mart. A. Chr. 1318 coepit] ibat Fadl, filius Mahannae, filii Iſae, Bagdadum ad Charbandae filium, eiusque tutorem, Gubanum, debitumque munus, Arabicos equos, offerebat. Quod Guban Baſrae donatione compenſabat. Et nihilominus manebant Fadlo, quos per Syriam ab auguſti clementia tenebat, fundi. Bagdadi quum haeſiſſet aliquamdiu, et cum Cara Soncoro fuiſſet verſatus, domum redibat Arabs, hoc eſt ad ſua tentoria; Guban vero cum pupillo ſuo rege Congorlanum ibat, hoc eſt ad urbem novam, Sultaniam dictam.

Eodem exibam Hamata verſus Aegyptum; et equos quidem meos praemittebam die Sabbati, medio menſe quinto, qui dies in medium Tamuzi quoque incidebat. Ipſe vero deinceps in equis Baridi [ſeu poſtae imperialis] ſubſecutus, Hamata egreſſus die Lunae, vigeſimo ſecundo eiusdem, ſeu Gomadi prioris, ex noſtro computo, ſeu Tamuzi, ex Romano, attingebam equos et impedimenta mea Gazae, die Solis, ipſis Calendis Gomadi poſterioris, vel ſexti menſis, et trigeſimo Tamuzi. Inde porro aderam euntibus, donec ad arcem montanam pervenirem, et coram domino noſtro, Sultano Malec en-Naſero, cui deus longos dies et felix imperium indulgeat, Iovis die ſtarem, duodecimo ſexti menſis, vel decimo Abi. Iubebat ille pro ſua clementia me in Cabſcho collocari, et ſyntaxes mihi praeberi abundantes; quemadmodum curaverat quoque in omnibus ſtationibus ab Hamata inde usque ad Miſram, omnia neceſſaria me luculentiora reperire, quam aut ego, aut famulitium meum opus habebamus, ut pecudes, panes, ſaccarum, condimenta alia, et ciborum neceſſitates, et iumentis hordeum. Vt primum aderam mittebat veſtem, quam induerem, principalem, atlaſinam, cum limbo aureo, et cidari, conſueto modo, et equum, quo vehererer, aurata cum ſella, itaque beatus eius clementia et beneficiis perſiſtebam aliquamdiu. Deinde allubeſcebat animo meo Alexan-

مدينة الاسكندرية ، فسالت ذلك وحصلت الصدقات السلطانية باجابتي لذلك وتقدّمت المراسيم انني اسير اليها في المراكب واعود في البرّ علي الخيل ، فسرت انا ومن في صحبتي في حراقتين وتوجهت من الكبش في يوم الاثنين الثالث والعشرين من جمادي الاخرة وهو الموافق للحادي والعشرين من اب وسرت في النيل الي ان وصلت الي فوه وسرنا منها في الخليج الناصري ووصلت الاسكندرية في بكرة يوم الاربعا الخامس والعشرين من جمادي الاخرة ووصلني بها من صدقات السلطانماية قطعة قماش من عمل اسكندرية ، واقمت بها حتي صليت الجمعة وخرجت من اسكندرية وركبت الخيل وبتّ في تروجه ووصلت الي الكبش بكرة الاثنين الثلثين من جمادي الاخرة واقمت به وكسر الخليج بحضوري في يوم الاربعا ثاني رجب الموافق للثلثين من اب واول يوم من توت من شهور القبط ، ثم شملتني الصدقات السلطانية بزيادة عدّة قرايا من بلد المعرة علي ما هو مستقرّ بيدي واقاض عليّ وعلي من هو في صحبتي بالتشاريف وامرني بالعود الي بلدي ، فخرجت من بين يديه من الميدان في نهار السبت ثاني عشر رجب من هذه السنة الموافق لثامن ايلول ووصلت الي حماة نهار الخميس مستهلّ شعبان الموافق لثامن وعشرين ايلول واستقريت فيها *

وفي هذه السنة (اعني سنة ثمان عشرة) عند توجّه الحاج من مصر ارسل السلطان الامير بدر الدين بن التركماني ، وكان المذكور مشدّ الدواوين بديار مصر ، فارسله السلطان مع الحجاج الي مكة بعسكر ، وسار المذكور حتي وصل ووقف الوقفة ، وفي ايام التشريق ارسل

driam videre. Veniam igitur eius rei rogans obtinebam, mandatumque, in navibus eo eundi, in equis per continentem redeundi. Duabus ergo liburnicis cum ſodalitio meo ſubvecti ex Cabſcho die Lunae, vigeſimo tertio ſexti menſis, vel vigeſimo primo Abi, pergebamus per Nilum usque ad Fuh. Inde per Chaligum [ſeu canalem] Naſericum dictum ſubvectus appellebam Alexandriam aurora diei Mercurii, vigeſimo quinto ſexti menſis. Ibi reperibam aſſignatos mihi ab auguſti clementia centum telas panni Alexandrini, et haerebam, donec preces diei Veneris proprias oraſſem. Tunc enim excedebam urbe illa eques, et proximam quidem noctem in Toruga exigebam; die vero Lunae, trigeſimo dicti menſis, ad Cabſchum rurſus appellebam. Tertio inde die, Mercurii nempe, ſecundo ſeptimi menſis, vel trigeſimo Abi, vel Calendis Toti, menſis Aegypti, videbam praeſens canalem aperiri. Deinde poſtquam multis me auxiſſet Sultan agri Maarrenſis fundis, praeter eos, quos iam tenebam, mihique pariter atque meo ſodalitio ſplendidas attribuiſſet ſtolas, imperabat mihi ad mea reditum. Vale igitur ipſi in Meidano dicens, die Sabbati, duodecimo ſeptimi menſis, aut octavo Iluli, abibam, et die Iovis, Calend. octavi menſis, aut vigeſimo et octavo Iluli, Hamatam appellebam.

Eodem mittebat Sultan, quo tempore ſacri peregrinatores Miſra ſolvebant, Emirum Bedr-ed-dinum Muhammedem, filium Turcomani, Moſcheddum divanorum per Aegyptum, una cum religioſa turba et militare praeſidio Meccam; eique dabat in mandatis ut Romaitam, quem aliquot annis ante in dominium Meccanum immiſerat, in vinculis Miſram mitteret, idque ideo, quod ille officio ſuo ſacramentoque defuerat, et cum Homaida, fratre ſuo, clam conſpirabat. Ibat Bedr ed-din, abſolvebat ſacras ſtationes, et peracta religione, diebus, quos appellant, Taſchriki [vel inſolationis (156)], comprehendebat Romaitam, et compeditum mittebat in Aegyptum: ipſe vero Meccae per-

ارسل رميثة صاحب مكة حسبما امره به مولانا السلطان بحكم تقصيره ومواطانه في الباطن لاخيه حميضة وارسله معتقلا الي ديار مصر، واستقر بدر الدين ابن التركماني المذكور نايبا وحاكما في مكة ، ولما دخلت سنة تسع عشرة وسبعماية ارسل السلطان عطيفة (وهو من اخوة حميضة وكان عطيفة المذكور مقيما بمصر) فارسله السلطان ليقيم بها مع بدر الدين ابن التركماني المذكور *

وفي اواخر هذه السنة (اعني سنة ثماني عشرة وسبعماية) حالفت عقيل عرب الاحساء والقطيف علي مهنا بن عيسي وطردوا اخاه فضلا عن البصرة ، فجمع مهنا العرب وقصد عقيل والتقي h الجمعان وافترقا علي غير قتال ولا طيبة بعد ان اخذت عقيل اباعر كثيرة تزيد علي عشرة الاف من عرب مهنّا المذكور وعاد كل من الجمعين الي اماكنهما ، وكانت i هذه البرية وغالب بلاد الاسلام مجدبة لقلّة الامطار وهلك k العرب وخرب دواب تغوت الحصر *

وفيها قريبا من منتصف هذه السنة خرج اللحياني وهو ابن زكريا يحيي الحفصي من ملك تونس ، وكان اللحياني المذكور قد ملك افريقية حسبما سقنا وقدّمنا ذكره مع جملة الحفصيين في سنة اثنتين وخمسين l وستماية ، فلما كانت هذه السنة جمع اخو خالد الذي مات في حبس اللحياني فقصد اللحياني ، فهرب منه الي طرابلس وتملّك اخو خالد تونس ، ولم يقع لي اسم اخي خالد المذكور، وكان للحياني ولد شهم ، وكان اللحياني المذكور يخاف منه ، فاعتقل ولده المذكور، فلما استولي اخو خالد المذكور علي تونس وطرد اللحياني عن المملكة اخرج اللحياني ولده من الاعتقال

وجمع

manebat auguſti loco gubernator, donec altero anno mitteret Sultan unum aliquem de capti fratribus, Otaifam nomine, qui hactenus Miſrae vixerat. Sed mittebat eum Sultan ea conditione Meccam, ut ſub inſpectione Bedr-ed-dini Ibn-Turcomani regnaret.

Hoc anno labente foedus inibant Ocailitae [Arabes Baſrae] cum Arabibus Ahſaae et Catifae [urbium in Baharein], contra Mahannam, filium Iſae, eiusque fratrem, Fadlum, iunctis viribus Baſra eiiciebant. Mahanna contra, ulturus iniuriam, cum coactis Arabibus ſuis, ibat adverſus Ocailitas, praeſentemque ſe monſtrabat; verum absque ullo armorum tentamine, at neque ſic placatioribus animis, abibant taciti e mutuo conſpectu, Ocailitae tamen eo potiores, quod Mahannae ipſiusque Arabibus ultra decem millia camelorum ademerant.

Campania, in qua haec gerebantur, et plurimae omnino terrae Muſlemicae, laborabant eo anno ſterilitate et pluviarum defectu Arabesque iuxta et beſtiae absque numero tum peribant.

Hoc anno fere medio excidebat Lahianenſis Abu-Zacaria Iahia Haffita regno Tunetano, ille, cuius ſupra mentionem faciebamus ad annum DCLII quum Haffitarum, Libyae principum, ſeriem uno conſpectu exhibebamus. Cauſſa et occaſio converſionis huius haec erat. Necaverat Lahianenſis Chaledum (157) in carcere. Huius itaque Chaledi frater, quem ſic deſignare neceſſe eſt, quum eius nomen ignoremus, vindictae cupidus comparabat hoc anno copias, cogebatque adverſarium deſerta Tuneto ad Africanam Tripolin aufugere. Hic tantis in anguſtiis conſtitutus laxabat filio cuſtodiam; eumque hoſti opponebat, acris et excitati iuvenem ingenii, ſed ea ſola de cauſſa patri a novarum rerum ſtudio ſuſpectum, vinculaque meritum. Rebellis autem iuvenem illum commiſſo victum praelio necabat, patremque deinceps in urbe Tripolitana tantum non obſidebat. Quare deſperans Lahianenſis de antiquo imperio recuperando, aufu-

وجمع اليه الجموع والتقي مع اخي خالد ، فانتصر اخو خالد وقتل ابن اللحياني ، واستقر اللحياني بطرابلس الغرب كالمحصور بها ، ثم ان اللحياني ايس من البلاد وهرب باهله ومن تبعه وقدم بهم الي الديار المصرية في سنة تسع عشرة وقصد الحج وتوجه مع الحجاج فمرض ورجع من اثناء الطريق ، ثم انه قصد الاقامة بالاسكندرية ، فسار اليها واقام بها ۞

ثم دخلت سنة تسع عشرة وسبعماية ، في هذه السنة في اواخر ربيع الاخر هرب رميثة بن ابي نمي الذي كان صاحب مكة ، وكان المذكور افرج *m* عنه واكرم غاية الاكرام ، فسوّلت له نفسه الهروب الي الحجاز ، فهرب ، واركب السلطان خلفه جماعة وتبعوه وامسكوه بالقرب من عقبة ايلة علي طريق حاج مصر واحضروه ، فاعتقل بقلعة الجبل *

ذكر الوقعة العظيمة التي كانت بالاندلس ، وفي هذه السنة اجتمعت الفرنج في جمع عظيم واجتمع فيه عدة من ملوكهم ، وكان اكبرهم ملك قشتيلية واسمه جوان ، وقصد ابن الاحمر ملك غرناطة ، فبذل له قطيعة في كل يوم ماية دينار وفي كل اسبوع الف دينار ، فابي الفرنج ان يقبلوا ذلك ، فخرج المسلمون من غرناطة بعد ان تعاهدوا علي الموت واقتتلوا معهم ، فاعطاهم الله النصر وركبوا قفاء الفرنج يقتلون وياسرون كيف شاوا وقتل جوان المذكور واسرت امراته وحصل للمسلمين من الغنايم ما يفوت الحصر حتي قيل ماية واربعين قنطارا من الذهب والفضة ، واما الاسري فتفوت الحصر *

ذكر

f) Aut له aut بيده delendum. *g*) الي deerat cod. L.

aufugiebat Tripoli cum gente turbaque ſua, quibuscum anno DCCXIX in Aegyptum veniebat, ſacrisque ſe viatoribus addebat. Sed omittebat deinceps inſtitutum, in ipſa religioſa via morbo tentatus, et egrediebatur Alexandriam, ubi poſtea privatam vitam egit.

Anno DCCXIX [qui die 21 Febr. A. C. 1319 coepit] idque ſub finem quarti menſis aufugiebat Romaita, non carcere quidem, iam enim laxatus erat, honorificentiſſimeque habebatur, at Miſra tamen; cupidusque in patriam evadere tentabat imprudens et nimium ſibi credulus. Submiſſi enim ab auguſto in equis indagatores haud procul ab Acabat [ſeu colle] Aila comprehenſum, illa ipſa in via, quam religioſi Miſrenſes peregrinatores ſectantur, retrahebant Miſram, ubi denuo in arce montana in compedes miſſus fuit.

Eodem contigit atrox et inſignis pugna Francos inter et Muſlemos in Hiſpania. Coibant nempe Franci hoc anno magno numero, et eorum reges aliquot, quos inter eminebat rex Caſtiliae, Guan [Ioannes 158)] dictus. Contendebat ille adverſus Ibn al-Ahmarum, Grenadae regem; deprecantem quidem violentiam, et quotidiani tributi vice centum numos aureos, et praeterea millenos alios in ſingulas ſeptimanas promittentem. Sed non valebant ſplendidae conditiones a propoſito Francos avertere. Muſlemi ergo videntes optandam ſibi aut ſervitutem, aut mortem, eſſe, glorioſam in mortem coniurati exibant Granada, et praelium committebant cum hoſte, quod ita fortunabat ſecundabatque divina victoria, ut fuſum urgentes hoſtem pro lubitu caederent atque vincirent. Caeſos inter ipſe rex Guan erat, inter captivos eius uxor. Praeda, ut par eſt, obtingebat Muſlemis vix numero definienda. Sunt qui perhibent centum et quadraginta centenarios auri et argenti victori ceſſiſſe. De captivis opus non eſt, ut moneam, eos innumerabiles fuiſſe.

ذكر مسيري الي مصر ثم الحجاز الشريف ، وفي هذه السنة حج السلطان من الديار المصرية ، ولما قرب اوان الحج ارسل جمال الدين عبد الله البريدي ورسم الي ان احضر الي الابواب الشريفة ، فركبت خيل البريد واخذت في صحبتي اربعة من مماليكي وخرجت من حماة يوم الجمعة سادس عشر شوال الموافق لسلخ تشرين الثاني وسرت حتي وصلت الي مصر وحضرت بين يدي السلطان بقلعة الجبل نهار السبت الرابع والعشرين من شوال الموافق لثامن كانون الاول ونزلت بالقاهرة بدار القاضي كريم الدين واقمت حتي خرجت صحبة الركاب السلطاني *

ذكر خروج السلطان وتوجهه الي الحجاز ، وفي هذه السنة في يوم السبت ثاني ذي القعدة خرج السلطان الي الدهليز المنصوب ، وكان قد نصب له قرب العش ، وخرج من قلعة الجبل بكرة السبت المذكور وتصيّد في طريقه الكراكي ، وكنت بين يديه فتفرج « علي الصيد وصاد عدة من الكراكي من السقاقر وغيرها ونزل بالدهليز المنصوب واقام به يتصيد في كل نهار ببلاد الخوف ، ورحل من المنزلة المذكورة بكرة الخميس سابع ذي القعدة الموافق لعشرين كانون الاول وسار علي درب الحاج المصري علي الشويش ٥ وايله وسرت في صدقاته حتي وصلنا رابغ في يوم الاثنين ثاني الحجة الموافق لرابع عشر كانون الثاني واحرم من رابغ وسار منها في يوم الثلثا غد النهر المذكور ، وانفق من جملة سعادته وتاييده طيبة الوقت ، فانه كان في وسط الاربعينيات ولم نجد بردا نشكو منه مدة الاحرام ، وسار حتي دخل مكة بكرة السبت سابع ذي الحجة

ثم

Eodem inſtituebat Sultan ſacrum iter ex Aegypto; cuius inſtante tempore mittebat Gemal-ed-dinum Abdallam Baridicum, [ſeu curatorem veredi imperialis] qui mihi mandatum exhibebat, quo ad excelſas portas excitabar. Conſcendebam igitur equos Baridi, et quatuor capitibus mamlucorum meorum ſtipatus exibam Hamata, die Veneris, decimo ſexto decimi menſis, vel ultimo Tiſchrini poſterioris. Die Sabbati, vigeſimo quarto eiusdem, vel octavo Canuni prioris, Miſram perveniebam, et officium in arce montana praeſtabam auguſto. Deſcendebam Cahirae in aedibus Cadii Carim-ed-dini; ubi ſubſiſtebam, donec in comitatu auguſti, die Sabbati, ſecundo menſis undecimi, exibam. Eo enim mane deſcendebat Sultan ex arce montana tendens ad tentorium, ipſi pro more haud procul ab Aſch (159) erectum. Vacabat tam in traiectu, quem illuc ex auguſto palatio faciebat, quam ibi agens, in terris Huf venationi gruum, et Sacakerorum (160) aliarumque avium, ita ut curis liberi et hilares eſſemus. Ex iſta ſtatione movebat mane diei Iovis, ſeptimi de undecimo eodem menſe, vel 20 Canuni prioris, et ibat ſuper Derb (161) [et mare viam] Hag, [ſeu quam religioſi viatores legunt] item ſuper Schaviſch (162) et Ailam. Ego ſic ibam in eius clementia et beneficiis, donec, die Lunae, ſecundo menſis duodecimi, vel decimo quarto Canuni poſterioris, ad Rabeg perveniremus, ubi Sultan ſuſcipiebat Ihram [ſeu Naziraeatum] et inde mane proximo, die Martis, Meccam verſus promovebat. Ceterae auguſti felicitati et divinitus attributae proſperitati accedebat tempeſtatis clementia. Quamvis enim medias tum ageremus Quadrageſimas, non tamen ſentiebamus toto Naziraeatus noſtri tempore [quamvis ex ritu nudis capitibus pedibusque ambulandum eſſet,] frigus, de quo potuiſſemus iure conqueri. Meccam tandem intrabamus mane diei Sabbati, ſeptimo de ſancto modo dito menſe. Inde ibat Sultan ad Mena; inde ad aediculam Abrahami, ubi ſubſiſtebat donec preces meridianas et po-

ثم سار الي مني ثم الي مسجد ابراهيم واقام هناك حتي صلي به الظهر وجمع اليها العصر ووقف بعرفات راكبا تجاه الصخرات في يوم الاثنين ثم افاض وقدم الي مني وكمل مناسك حجه ، وكان في خدمته القاضي بدر الدين بن جماعة قاضي قضاة ديار مصر الشافعي ، وواظب السلطان في جميع اوقات المناسك بحيث ان السلطان حافظ علي الاركان والواجبات والسنن محافظة لم ارها من احد ، ولما كمل مناسك حجه سار عايدا الي مقر ملكه بالديار المصرية وخرجت هذه السنة (اعني سنة تسع عشرة) وهو بين ينبع وايلة بمنزلة يقال لها الغصب ، وهي الي ايلة اقرب ، ولقد شاهدت من جزيل صدقاته وانعامه في هذه الحجة ما لم اقدر ان احصره ، وانما اذكر نبذة منه ، وهو انه سار في خدمته ما يزيد علي ستين اميرا اصحاب طبلخانات ، وكان لكل منهم في كل يوم في الذهاب والاياب ما يكفيه من علوفة الخيل والماء والحلوي والسكر والبقسماط ، وكذلك لجميع العسكر الذين ساروا في خدمته ، وكان يغرق فيهم في كل يوم في تلك المفاوز وغيرها ما يقارب اربعة الاف علوفة شعير ومن البقسماط والحلوي والسكر ما يناسب ذلك ، وكان في جملة ما كان في الصحبة الشريفة اربعون جملا تحمل محابر الخضراوات مزروعة ، وكان في كل منزلة يحصد من تلك الخضراوات ما يقدم صحبة الطعام بين يديه ، وفرّق في منزلة رابغ علي جميع من في الصحبة من الامراء والاجناد وغيرهم جملا عظيمة من الدراهم بحيث كان اقلّ نصيب فرّق في الاجناد ثلثماية درهم وما فوق ذلك الي خمسماية درهم ونصيب امراء العشرات ثلثة الاف درهم ، واما الامراء اصحاب

meridianas peregiſſet. In Arafat ſtabat in equo e regione Saxorum, die Lunae: deinde praeibat inde redeuntem turbam ad Menam; ceterosque huius ſanctimoniae ritus perficiebat, directorem ſecum habens Cadi el-Codat [ſeu ſupremum Cadium] per Aegyptum, ſectae Schafeïticae, Bedr-ed-dinum, filium Gammaae, tantaque diligentia, ſollicitudine et patientia temporis cuiusque ritus exigebat, ut neminem norim, qui aeque curioſe, atque Sultanus noſter, tam fundamentalia et eſſentialia rituum momenta, Arcan dicta, et neceſſario incumbentia debita, quae Vagebat appellantur, quam Sonan, ſeu conſilia mere traditionalia, obſervarit. Abſolutis his revertebatur Sultan ad regni ſui ſedem in Aegypto, finiebatque praeſentem hunc annum inter Iambaum et Ailam verſans, in ſtatione, cui Caſab [ſeu arundinetum] nomen eſt; ad Ailam magis, quam ad alteram propiore. Hoc in religioſo itinere vidi tam prolixam eius beneficentiam et clementiam, ut verbis nequeam deſcribere. Particulam tantummodo afferam. Ibant ipſi comites ſexaginta fere Emiri Tabul Chana, quorum unusquisque, tam in itu, quam reditu, penſum ſuum diurnum habebat ſufficiens, de pabulo iumentorum, aqua, cupediis, ſaccaro, et pane biscocto (163). Non minus habebat id totus comitatus; quos inter quotidie ſolebat in iſtis aridis deſertis et alibi diſtribuere, tantum fere, quantum a quater mille ſaccis hordei non multum aberat; et proportionate panem biscoctum et dulciaria et ſaccarum. In cetera turba praeſto etiam erant quadraginta cameli, portantes ſcaphas oleribus conſitas, et herbis recentibus, de quibus in quavis ſtatione decerpebatur aliquid, quantum nempe opus erat hero cum reliquis eduliis apponi. In ſtatione Rabeg [quae ultima eſt ex Aegypto Meccam tendentibus] deſtribuebat herus inter Emiros iuxta et gregarios ingentem argenti copiam. Minimum certe quod largiebatur, erant trecenti numi, et inde usque ad quingentos. Sed duces decuriarum accipiebant tria millia numum. Emiros Tabul Cha-

اصحاب الطبلخانات فوصّل بعضهم بعشرين الف درهم وبعضهم باقلّ من ذلك، فكان شيا كثيرا، واما التشاريف فاكثر من ان تحصر، ثم كان ما سنذكره في سنة عشرين وسبعماية ان شاء الله تعالي ❊

ثم دخلت سنة عشرين وسبعماية، ذكر قدوم السلطان الي مقرّ ملكه، استهلّ السلطان غرّة المحرم من هذه السنة في الغصب وهي منزلة عن ايلة علي تقدير اربعة مراحل، وسار السلطان منها ونزل بايلة واقام بها ثلثة ايام ينتظر وصول خيل وخزانة كانت له بالكرك، وبعد وصول ذلك رحل السلطان وسار حتي دخل قلعة الجبل بكرة نهار السبت ثاني عشر المحرم من هذه السنة الموافق لثالث عشرين سباط، وكان يوم دخوله يوما مشهودا، ركب جميع الجيش وقبّلوا الارض بين يديه، ولما صار علي تقدير اربعة الاف ذراع من القلعة اخذت الامراء في بسط الشقق الفاخرة بين يدي فرسه فبسطوا واستمرّ البسط الي ان دخل القلعة المنصورة في اسعد وقت من ضحي يوم السبت المذكور ❊

ذكر ما اولاني من عميم الصدقات وجزيل التطولات ❊، سرت من حماة علي البريد ولم يصحبني مركوب لي ولا شي من ادوات السفر، فتصدّق عليّ وانزلني عند القاضي كريم الدين، فكان يبالغ في الاحسان اليّ بانواع الامور من الملابس والمراكيب والاكل، وكان ينصب لي خاصا مختصّالي يكفي بجميع ما احتاجه من الفرش للنوم والماكل والغلمان المختصّة بي، وكان مع ذلك لم تنقطع التشاريف علي اختلاف انواعها لا خلعها علي من اختار، وكان السلطان في طول الطريق في الرواح والعود يتصيّد الغزلان بالصقور وانا

natuum alios viginti millibus donabat, alios aliquanto pauciori-bus. Verbo, immanes erogabat opes. De ſtolis honorum nil dicam: numero enim comprehendi nequeunt. Annum itaque DCCXX auſpicabatur Sultan in ſtatione Caſab, quatuor fere diae-tis ab Aila diſtante. Inde Ailam procedebat, ibique triduum exigebat, equos et theſauros ſuos praeſtolans ex urbe Caraca; quos nactus procedebat, et arcem ſuam montanam rurſus occu-pabat mane diei Sabbati, decimo ſecundo primi menſis anni DCCXX, vel vigeſimo tertio Sabbati. Dies ille panegyricus erat, ſpectatoribus celeber; nam totus exercitus erat in equis, ut coram auguſto terram oſculārentur [ſeu ipſum adorarent]. Quum ad quater mille ulnas abeſſet ab arce, inſtituebant Emiri telas panni praeſtantiſſimi coram eius equo explicare, quod continuabant ſucceſſive facere, donec ingreſſus eſſet glorioſam ſuam arcem, tempore feliciſſimo, ſole adoleſcente, dicto die Sabbati.

Iam tempus eſt de me quoque memorandi, qua nempe me conferta peculiare gratia et clementia complexus tum fuerit Sultan. Quandoquidem absque equeſtre apparatu, ut qui vere-do imperiale utebar, et absque aliis itineri faciundo neceſſariis, Hamata exceſſeram: collocabat me auguſtus pro clementia ſua penes Cadium Carim-ed-dinum, omnibusque, quibus poterat, maximis modis mihi benefaciebat, variaque donabat tam veſti-menta, quam iumenta et edulia; et peculiare mihi curabat erigi tentorium integro inſtructum apparatu, tapetum et ſtragularum, ſuper quibus vel dormiri, vel coenari ſolet. Addebat quoque mamlucos corporis mei cuſtodiae et curationi vacaturos. Ven-tabant quoque identidem Taſchrifi [ſeu ſtolae honoris] variis ordinis, quas poteram, cuicunque vellem, donare. Cumque ſoleret Sultan in toto itinere ſuo, tam itu, quam reditu, acci-pitrum miniſterio gazellas venari, mittebat mihi ſemper portio-nem venaturae ſuae, qui tum beneficio clementiae ipſius liber

a curis

وانا في صدقاته انتفرج ويرسل اليّ من الغزلان التي يصيدها ، وتقدم مرسومه اليّ ونحن نسير انني اذا وصلت الي ديار مصر اسلطنك وتتوجه الي بلدك وانت سلطان ، واستعفيت عن ذلك واستقلته وتالّمت منه استصغارا لنفسي وتعظيما لاسمه الشريف ان يشارك فيه ، وبقي الامر في ذلك كالمتردّد الي ان وصل الي مقرّ ملكه حسبما ذكرناه ونزلت انا عند القاضي كريم الدين بداره داخل باب زويلة بالقرب الي بين القصرين واقمت هناك وتقدّم مرسوم السلطان بارسال شعار السلطنة اليّ ، فحضرت الموالي الامراء وهم سيف الدين الماس امير حاجب وسيف الدين قجليس والامير علاء الدين ايدغمش امير اخر والامير ركن الدين بيبرس الاحمدي والامير سيف الدين طيبال امير حاجب ايضا ، وحضر من الامراء الخاصكية تقدير عشرين اميرا وحضر صحبتهم التشريف الاطلس الكامل المزركش والنمجا الشريفة السلطانية والغاشية المنسوجة بالذهب المصري وعليها القبة والطير وثلاثة سناجق وعصايب وتقليد يتضمّن السلطنة والحمداريّة السلطانية وسلحدار بسيفين معلّقين علي كتفه والشاويشية ، وحضر جميع ذلك الي المدرسة المنصوريّة بين القصرين ، وقدّم لي حصان كامل العدة ، فركبته

k) والتقي deerat in cod. L. *i*) Forte quid deeft ante وكانت

k) وهلك C. L. وهل Sequens وخرب fufpectum aut faltim للعرب legendum. Forte خرّت

l) وخمسين deerat cod. L. *m*) Forte كان المذكور قد افرج

n) فتفرح Forte فتفرج vel potius تتفرج

o) الشويش Num recte? *p*) التطولات fufpectum.

a curis et occupationibus aliis hilariter otiabar. Interea quum remearemus, inſinuari mihi curabat codicillum, in quo ſcripta haec erant: quando in Aegyptum pervenero, Sultanum te creabo, redibisque domum tuam ut Sultanus. Ego tantum honorem deprecabar, ignoſcique mihi et veniam fieri rogabam, ſignificans, haud absque doloris et verecundiae ſenſu ferre tantae dignitatis promiſſionem, cui nimis quam ineptus ſim et indignus; vereri ne ſacrum nomen iſtud ipſi, auguſto, ſoli competens, vulgatione contamĩnetur. Manebat itaque res tum quidem in ſuſpenſo; poſtquam vero auguſtus in regni ſedem redierat, memor promiſſorum erat. Nam ad diverſorium meum (deſcenderam autem tum apud eundem, quem ſuperius habueram, hoſpitem Cadium Carim-ed-dinum, cuius aedes ſitae ſunt in Babaz-Zovaila [vico ſic dicto], haud procul a vico, qui Bain-el-caſrein appellatur, ſeu ſpatium iſtud, quod geminum palatium intercedit:) illuc itaque iubebat Sultan inſignia Sultanatus ad me mitti. Quem in finem aderant domini Emiri, nempe Saif-ed-din Almas, Emir Hageb [ſeu Camerarius]; Saif-ed din Caglis; Emir Ala-ed-din Idogmiſch, Emir Achor [ſeu comes ſtabuli]; Emir Rocn-ed-din Bibars Ahmedicus; Emir Saif-ed-din Taibal, alius Emir Hageb. Praeter hos quinque aderant alii Emiri el-Chaſekia [praefecti eunuchorum et gynaeconitidis] numero fere viginti, qui Sultanicum integrum habitum atlaſinum auro pictum afferebant et acinacem excelſum Sultanicum, et equi ſtragulam auro intextam Aegyptiaco, iſtique ſuperimpoſitam Cobbam [ſeu obumbraculum aut conopeum] et ſuper hoc eminentem Tair [ſeu avim] (164), tria Sangac [ſeu vexilla], et taenias, et diploma, quo Sultani dignitas in me conferebatur; aderant quoque Gamdari Sultanici [ſeu ſtipatores ad fraenum tenendum] et Selicdar [ſeu Enſifer] cum gemino gladio ex eius humeris dependente, ut et Schiauſchi [ſeu apparitores]. Omnes apud collegium Manſuricum conveniebant. Adducebatur ad me plene

فركبته بكرة الخميس سابع عشر المحرم الموافق لثامن عشرين سباط بالشعار المذكور ومشت الامراء الي اثناء الطريق وركبوا ، ولما قاربت قلعة الجبل نزلوا جميعهم واستمريت حتي وصلت الي قرب باب القلعة ونزلت وقبّلت الارض للسلطان الي جهة القلعة وقبّلت التقليد الشريف ثم اعدت تقبيل الارض مرارا ثم طلعت صحبة النايب وهو المقرّ السيفي ارغون الدوادار الي القلعة وحضرت بين يدي السلطان في ضحوة النهار المذكور ، فقبّلت الارض ، فاولاني من الصدقة ما لا يفعله الوالد مع ولده وعند ذلك امرني بالمسير الي حماة وقال يا فلان لك مدة غايب فتوجّه الي بلدك ، فقبّلت الارض وودّعته وركبت خيل البريد عند العصر من نهار الخميس المذكور وشعار السلطنة صحبتي علي فرس بريد وسرت حتي قاربت حماة ، وخرج من بها من الامراء والقضاة وتلقّوني ، وركبت بالشعار المذكور ودخلت حماة ضحوة نهار السبت السادس والعشرين من المحرم من هذه السنة الموافق لثامن ادار بعد ان قري تقليد السلطنة بتغيرين في خام كان قد نصب هناك ولولا مخافة التطويل كنّا ذكرنا نسختة *

ذكر الاغارة علي سيس وبلادها ، في هذه السنة تقدّمت مراسيم السلطان باغارة العساكر علي بلاد سيس ورسم لمن عيّنه من العساكر الاسلامية الشامية ، فسار من دمشق تقدير الفي فارس وسار

inſtructus equus, quem, mane diei Iovis, decimi ſeptimi de primo menſe, vel 28 Sabbati, iſto cum apparatu conſcendebam. Procedebant Emiri pedites usque ad mediam viam; tum conſcendebant equos; unde rurſus deſcendebant, quum ad arcem montanam prope acceſſiſſemus. Ego vero pergebam in equo meo ad arcis portam propemodum: ibi autem delapſus oſculabar terram, ut auguſto reverentiam et obſequium meum ſignificans, ad arcem vultu converſo; tum excelſo quoque diplomati, quod me Sultanum nuncupabat, figebam oſculum, et terrae deinceps iterata quaedam. Tandem in comitatu Proſultani generalis, Exc. ſuae Saificae, Arguni Davadari, aſcendebam in arcem, et coram Sultano conſtitutus, adoleſcente ſole, die ſupra dicto, ſolum oſculabar. Tantam eo tempore beneficentiam, tantam clementis affectionis teneritudinem erga me monſtrabat Sultan, quantam vix pater erga filium; cauſſatusque, me nimis diu iam ab Hamata abeſſe, domum remeare iubebat. Quo facto rurſum ego terram oſculatus valedicebam, et in Barido [ſeu veredo imperiale] circa veſperam eiusdem diei excedebam Miſra, una cum inſignibus Sultanatus, quae unus celerum iſtorum imperialium equorum praeferebat. Accedenti Hamatam occurrebant mihi quotquot intus erant, tam Emiri, quam Cadii, ſalutatumque me introducebant cum inſignibus mei Sultanatus, die Sabbati, ſexto et vigeſimo primi menſis, aut octavo Adari, poſtquam diploma recentis iſtius meae dignitatis publice praelectum fuiſſet in [pago] Nakirin, in tentorio, quod ibi pro me fuerat erectum. Totum illud huc adſcriberem, niſi vererer nimium prolixus eſſe.

Haud multo poſt tentabatur invaſio in agrum Siſanum, ex mandato Sultani noſtri; qui expeditis ſingularibus litteris ſignificaverat, quosnam Syriacae ſuae Muſlemicae militiae vellet expeditioni huic intereſſe. Damaſco igitur exibant duo propemodum equitum millia. Ibat Emir Schahab-ed-din Cartai, cum

وسار الامير شهاب الدين قرطاي بعساكر الساحل ، وجرّدت من حماة امراء الطبلخاناة الذين بها ، وسارت العساكر المذكورة من حماة في العشر الاول من ربيع الاول من هذه السنة ووصلوا الي حلب ، ثم خرجت عساكر حلب صحبة المقر العلائي الطنبغا نايب السلطنة بحلب وسارت العساكر المذكورة عن اخرهم ونزلوا بعمق حارم واقاموا به مدة ثم رحلوا ودخلوا الي بلاد سيس في منتصف ربيع الاخر من هذه السنة الموافق لرابع عشرين ايار وساروا حتي وصلوا الي نهر جيحان ، وكان زايدا ، فاقتحموه ودخلوا فيه فغرق من العساكر جماعة كثيرة ، وكان غالب من غرق التراكمين الذين من عسكر الساحل ، بعد ان قطعوا جيحان المذكور ساروا ونازلوا قلعة سيس وزحفت العساكر عليها حتي بلغوا السور وغنموا منها واتلفوا البلاد والزراعات وساقوا المواشي ، وكانت شيا كثيرا ، واقاموا ينهبون ويخرّبون ، ثم عادوا وقطعوا جيحان ، وكان قد انحطّ ، فلم يتضرّ احد به ، ووصلوا الي بغراس في نهار السبت التاسع والعشرين من شهر ربيع الاخر المذكور ، ثم ساروا الي حلب واقاموا بها مدة يسيرة حتي وصل اليهم الدستور ، فسار كل عسكر الي بلده *

وفي هذه السنة في اثناء ربيع الاول وصلت الحجة q في البحر الي الديار المصرية وكان في خدمتها ما يقارب ثلثة الاف نفر من رجال ونساء ، واحتفل بهم الي غاية ما يكون وادرّت عليهم الانعامات والصلات *

ذكر قطع اخباز اهل عيسي وطردهم عن الشام ، في هذه السنة تقدّمت مراسيم السلطان بقطع اخباز المذكورين وطردهم بسبب سوء صنيعهم ، فقطعت اخبازهم ورحلوا عن بلاد سلمية في يوم الاثنين ثاني

copiis Palaeſtinae. Ego ipſe Emiros Tabul Chana, Hamatae quotquot erant, expediebam ſtante menſe tertio huius anni DCCXX. Omnes Halebi confluebant, ubi iuncti cum Exc. S. Alaïca [ſeu Ala-ed-dino] Altunboga, Proſultano Halebenſe, eiusque copiis, egrediebantur ad Amc [ſeu vallem] Harem, ubi morati paululum promovebant in agrum Siſanum, quem intrabant medio menſe quarto, vel vigeſimo quarto Iiari. Quod fluvium Gihanum, tunc exundantem, nimis praecipites ſubirent, eo abiiciebant multos, et illos quidem Turcomanos potiſſimum de Palaeſtinae praeſidiis. Fluvio ſuperato procedebant ad ipſam Siſae arcem, cuius ad ipſa moenia pertingebant, praedamque non contemnendam aſportabant. Vicinos inde corrumpebant agros et ſegetes, et armentorum magnam vim compellebant. Tandem poſt illatam Armenis hac graſſatione et compilatione noxam haud levem redibant, et Gihano tunc impune traiecto, decreverat enim, Bagraſum perveniebant die Sabbati, vigeſimo nono quarti menſis; inde Halebum, ubi paullo poſt licentiam nacti ſuam quisque ſtationem repetebant.

Tenente menſe huius anni tertio ibat الجهة (165) per mare [mediterraneum] in Aegyptum, ſtipata famulitio ter mille propemodum utriusque ſexus hominum; qui ſumma, qua poterat, excepti ſunt pompa beneficiis et muneribus.

Hoc anno iubebat Sultan, Iſae genti, Emiris illis Arabicis, qui clam cum Tataris conſilia miſcebant, aliaque multa ſceleſta et damnoſa deſtinabant, fundos et ſtipendia, quae hactenus e Syria perceperant, porro negari, ipſosque Syria exterminari. Iſa iſte filius erat Mahannae, filii Manei, filii Hodaitae, filii Aſabae, filii Fadli, filii Rabia. Salamiam igitur iſtumque tractum vacuabant die Lunae, ſecundo quinti menſis, vel decimo Haziram, verſus Anam et Haditam, urbes, quas medias ſecat Euphrates, abeuntes. Quos Emir Saif-ed-din Caglis, magno cum numero copiarum Syriacarum et Arabum, Rahabam usque,

ثاني جمادي الاولي من هذه السنة الموافق لعاشر حزيران وساروا الي جهات عانة والحديثة علي شاطي الفرات *

وفيها عند رحيل المذكورين وصل الامير سيف الدين قجليس وسار بجمع عظيم من العساكر الشامية والعرب في اثر المذكورين حتي وصل الي الرحبة ثم سار منها حتي وصل الي عانة ، ولما وصل المذكور هناك هرب ال عيسي الي وراء الكبيسات ، وعيسي المذكور هو عيسي بن مهنّا بن مانع بن حديثة بن عصبة بن فضل بن ربيعة ، واقام السلطان موضع مهنا محمد بن ابي بكر بن علي بن حديثة بن عصبة المذكورين ، ولما جري ذلك عاد الامير سيف الدين المذكور واقام بالرحبة حتي تجهزت مغلاتها وحملت الي القلعة ، ثم سار منها ونزل علي سلمية في يوم الخميس منتصف رجب من السنة المذكورة الموافق لحادي عشرين اب واستمرّ مقيما علي سلمية حتي وصل اليه الدستور ، فسار منها الي الديار المصرية في يوم الاثنين تاسع شهر رمضان من السنة المذكورة الموافق لثالث عشر تشرين الاول واتمّ سيرة حتي وصل الي مصر *

ذكر هلاك صاحب سيس ، في هذه السنة مات صاحب سيس اوشين بن ليفون عقيب الاغارة علي بلده ، وكان المذكور مريضا لما دخلت العساكر الي بلاده وشاهد حريق بلاده وخراب اماكنه وقتل رعيته وسوق دوابّهم ، فتضاعفت الامه ، وهلك في جمادي الاولي من هذه السنة وخلف ولدا صغيرا دون البلوغ ، فاقيم مكانه وتولّي تدبير امره جماعة من كبار الارمن *

ذكر مقتل حميضة ، ولما جري من حميضة ما تقدّم ذكره واستمرّ وصول

ipſamque deinceps Anam, perſequebatur; illisque porro ultra Cabiſat refugientibus, regreſſus Rahabam ſubſiſtebat ibi, donec eius annona reditusque exacti et in arcem comportati eſſent. Inde redibat Salamiam die Iovis, medio ſeptimi menſis, vel vigeſimo primo Abi, et ibi denique nactus licentiam, abibat in Aegyptum die Lunae, nono noni menſis, vel decimo tertio Tiſchrini prioris. Mahannae porro in locum, Iſae filii, ſufficiebat Sultan, Arabibus nempe Emirum, ex eadem tribu oriundum, Muhammedem, filium Abu-Becri, filii Alii, filii Hodaitae, filii Aſabae, ſuperius memoratorum.

Eodem obibat Siſae dominus, Vſchin, Lifuni filius, paullo poſt invaſionem noſtram, de qua modo dicebamus. Aeger enim iam tum decumbens, quum videret urbes ſuas comburi atque devaſtari, cives concidi, greges abigi, conceptis inde geminatis doloribus, peribat menſe quinto huius anni, relinquens filium impuberem, qui patri ſuccedebat ſub tutela primatum Armenorum.

Eodem peremtus eſt Homaida, qui iam in eo erat, ut ad officium rediret, et auguſto noſtro ſe ſubmitteret. Vſus enim illa fortuna, quam in ſuperioribus expoſuimus, et intelligens, omnino ſe imparem ſuſtinendis pellendisve copiis Miſrenſibus, Meccam ab ipſius inſultu tutantibus, fore, adeoque deſperans penitus de recuperanda priſtina poteſtate, opibus praeterea exutus omnibus, decernebat, quod modo dicebamus, ad officium redire, ſuumque corpus praefecto Sultanici apud Meccam praeſidii, Emiro Rocn-ed-dino Bibarſo, comiti ſtabuli, exhibere. Ea vero agitantem opprimebant mamluki Sultanici numero tres, qui, quum Sultan ſacro itinere fungeretur, aufugerant (166) de valle Mena, et, ſaluti ſuae conſulentes, ad iſtum Homaidam ſe receperant, benigne quoque accepti ab illo, erectique tutelae pollicitatione fuerant. At illi deprehendentes Homaidam ad officium redeundi conſilium animo agitare, conſpirabant, ſibi me-

وصول العساكر من الديار المصرية الي مكة لحفظها من المذكور
راي المذكور عجزه وضاقت عليه الارض بما رحبت ، فعزم علي
الحضور الي مقدّم العسكر المقيم بمكة وهو الامير ركن الدين بيبرس
امير اخر ودخوله ٢ في الطاعة ، وكان قد هرب من بعض المماليك
السلطانية من مني لما حج السلطان ثلاثة مماليك يقال لاحدهم
ايدغدي والتجوا الي حميضة في برية الحجاز ، فاواهم واكرم
مثواهم ، فلما عزم حميضة علي الحضور الي الطاعة اتفقوا علي قتله
واغتياله ، وكان حميضة قد نزل علي الغرب من وادي نخلة ، فلما
كانت وقت القيلولة ذهب الي تحت شجرة ونام ، فقتله ايدغدي
المذكور بالسيف وقطع راس حميضة واحضرة ٢ الي مقدّم العسكر
بمكة ، فحمل الي بين يدي السلطان بالديار المصرية وكفي الله شر
حميضة المذكور ولقّاه عاقبة بغيه ، وكان حميضة المذكور قد ذبح
اخاه ابا الغيث ، فاقتصّ الله منه ، وكان مقتله في يوم الخميس
سابع عشر جمادي الاولي من هذه السنة الموافق لرابع عشرين تموز
بالغرب من وادي نخلة *

وفيها تصدّق السلطان علي ولدي محمد وارسل له تشريفا
اطلس احمر بطرز زركش وقندس وتحتاني اطلس اصفر وشربوش
مزركش ومكلّل باللولو وامر له بامرية وستين فارسا لخدمته طبلخاناه ،
فركب محمد بالتشريف المذكور بحماة يوم الاثنين الخامس من
رجب الموافق لحادي عشر اب ، وكان عمره حينيذ نحو تسع سنين *

وفيها حج المقرّ السيفي ارغون الدوادار ، وكان السلطان قد
عفي عن رميثة وافرج عنه وارسله صحبة المقرّ السيفي الي مكة

ورسم

metuentes, in eius necem; quam unus eorum aliquis, Idogdi nomine, ipſi minus opinanti, ſuaque in ſtatione prope Vadi Nachla circa meridiem ſub arbore quadam ſecure dormienti gladio inferebat, die Iovis, decimo ſeptimo quinti menſis vel vigeſimo quarto Tamuzi. Referebat percuſſor avulſum caput Meccam; unde traditum praefecto, et ab hoc porro Miſram ad auguſtum ablegatum fuit. Eludebat ea ratione absque ullo noſtro molimine, delebatque deus verendam alias, Homaidae huius, quam olim monſtraverat, et potuerat porro exercere, nequitiam; dignasque ſimul ab eo poenas tot ſcelerum, et in primis fratricidii, repetebat. Vidimus enim in ſuperioribus, quomodo Abu'l-Gaitum, fratrem, ſuſtulerit.

Eodem mittebat Sultan, pro clementia ſua, Muhammedi, filio meo, Taſchrifum [ſeu veſtem honoris], atlaſinam rubram, cum limbo aureo, et Conduſam, et tunicam inferiorem atlaſinam flavam, et Scherbuſch, auro pictum et unionibus coronatum, eique Emiratum [ſeu praefecturam cohortis militaris] tribuebat, et ſexaginta equites pro eius ſervitio, et Tabul Chanatum. Muhammed, annum aetatis tunc agens nonum fere, per Hamatam, iſto cum apparatu, die Lunae, quinto ſeptimi menſis, vel undecimo Abi, obequitabat.

Eodem faciebat ſacrum iter Exc. ſua, Saif-ed-din Argun Davadar, ſimulque Meccam reducebat, quem ipſi comitem attribuebat Sultan, e cuſtodia dimiſſum, veniaque delictorum donatum, Romaitam, ea tamen conditione, ut Romaita partem dimidiam redituum ſui principatus, Meccani ſcilicet, Otaifae, fratri, indulgeret.

Eodem anno, die Lunae, nono menſis duodecimi, Miſram adveniebat Magd [ſeu Magd-ed-din] Iſmaël Salamicus [167], Abu-Saïdi, regis Tatarorum, et, qui primi eius miniſtri atque tutores erant, Gubani et Aliſchahi, legatus, cum ſplendidis muneribus, et mamlukis, puellisque; quae, ſimul omnia ſumta,

ورسم لرميثة المذكور بنصف متحصل مكة ويكون النصف الاخر لعطيفة اخيه ، فسافر المقر السيفي وقرّر رميثة بمكة حسبما رسم به السلطان *

وفيها في يوم الاثنين تاسع ذي الحجة وصل المجد اسماعيل السلامي رسولا من جهة ابي سعيد ملك التتر ومن جهة جوبان وعلي شاه بهدايا جليلة وتحف ومماليك وجواري مما يغارب قيمته خمسين تمانا (والتمان هو البدرة وهي عشرة الاف درهم) وسار بذلك الي السلطان *

وفيها في شوال الموافق لتشرين الثاني شرعت في عمارة الغبة وعمل المربع والحمام علي سافية نخيلة بظاهر حماة وفرغت العمارة في المحرم من سنة احدي وعشرين وسبعماية وجاء ذلك من انزه الاماكن *

وفيها ان في اواخر سنة تسع عشرة وسبعماية جري بين الفرنج الجنويين t قتال شديد (وذلك بين قبيلتين منهم يقال لاحدي القبيلتين اسبينا وللاخري دوريا) حتي قتل منهم ما ينيف عن خمسين الف نفس ، وكان v احدي القبيلتين اصحاب داخل جنوة والاخري اصحاب خارج البلد ، (اسبينا بكسر الهمزة وسكون السين المهملة وكسر الباء الموحّدة من تحتها اليا المثنّاة من تحتها وكسر النون وفتح يا مثنّاة من تحتها وفي اخرها الف مقصورة ، ودوريا بضم الدال المهملة وسكون الواو وكسر الراء المهملة وفتح الياء المثناة من تحتها وفي اخرها الف ، والله اعلم) *

ثم دخلت سنة احدي وعشرين وسبعماية ، فيها في مستهلّ جمادي الاولي توفيت بحماة فاطمة خاتون بنت الملك المنصور صاحب حماة وكانت كثيرة الاحسان *

وفيها عدي مهنّا بن عيسي الفرات وتوجه الي ابي سعيد ملك

quinquaginta Tumanos facile valebant. Eſt autem Turcis et Tataris Tuman idem, quod Arabibus Bedra, hoc eſt decem millia drachmarum, ſeu numorum argenteorum.

Huius anni menſe decimo, vel Tiſchrino ſecundo, inſtitui Cobbam [ſeu fornicem] ſtruere, et Morbaa [ſeu quadratum aedificium], et balnea ad rivum [vel canalem] Nachila, in agro Hamateno. Perfeci haec opera menſe primo anni proxime ſecuti, DCCXXI et ſic exhibui locum, ſi quis alius, amoeniſſimum.

Hoc anno, aut ruente praegreſſo DCCXIX, accidit inter Francos Ganuenſes magna ſeditio. Sciſſa nempe res illa publica duas in partes erat, quarum uni Doria nomen erat, alteri Eſpina (168); una urbem, altera ſubiectum agrum, obtinebat. Hominum ultra quinquaginta millia per iſtos tumultus ceciderunt.

Anno DCCXXI [qui die 30 Ianuar. A. Chr. 1321 coepit] cal. quinti menſis, obibat Hamatae Fatima Chatun, Malec el-Manſuri filia, domini quondam Hamatae, femina perquam pia et benefica.

Eodem tranſibat Mahanna, filius Iſa, Euphraten, ad Abu-Saïdum contendens, regem Tatarorum, quem ſtudebat adverſus Muſlemos inſtigare, ſibique adiutorem comparare, ſecum ſumens, qualia Tatari ab Arabibus poſcere ſolent et accipere, munera, camelos, numero ſeptingentos, ſeptuaginta equos, et numerum thoum [ſeu luporum cervariorum].

Eodem adveniebat cum muneribus ad excelſas portas Miſram Timurtaſchi legatus, filii Gubani, qui, dum pater iuvenis regis Tatari tutelam gerebat, ſibi Romaniam ſubiecerat.

Eodem adveniebat mandatum ad huius libri auctorem, quo eum auguſtus in Aegyptum exiebat, futurum venationis ſuae comitem et ſpectatorem. Ibam ergo, ſunt eius verba, vectus equo veredario imperiale, praevertens meas oblationes,

ملك التتر مستنصرا به علي المسلمين واخذ معه تقدمة برسم التتر سبعماية بعير وسبعين فرسا وعدّة من الفهود *

وفيها حضر رسول تمرتاش بن جوبان المستولي علي بلاد الروم بتقدمة الي الابواب الشريفة بديار مصر *

وفيها ورد مرسوم السلطان علي مولف الاصل يامره بالحضور ليسير معه في صيوده ، قال فسرت من حماة علي البريد وسبقت تقدمتي وحضرت لدي المواقف الشريفة وهو نازل بالغرب من قليوب ، فبالغ في اكرام × الصدقات عليّ *

وفيها رحل السلطان من الاهرام وسار في البرية متصيدا حتي وصل الي الحمامات وهي غربي الاسكندرية علي مقدار يومين ، ثم عاد الي القاهرة *

وفيها دخل تمرتاش المذكور بعسكره الي بلاد سيس واغار وقتل ، فهرب صاحب سيس الي قلعة اياس التي في البحر ، واقام تمرداش ينهب ويخرب نحو شهر ثم عاد الي بلاد الروم *

وفيها عاد مولّف الاصل من الخدمة الشريفة الي حماة *

وفيها توجّه نايب الشام تنكز الي الحجاز الشريف ، وكان قد توجه من الديار المصرية الامر ɣ السلطانية الي الحج بتجمّل وعظمة لم تعهد مثلها *

ذكر وفاة صاحب اليمن ، وفيها ليلة الثلثا في ذي الحجة توفي بمرض ذات الجنب بتعزّ الملك المويد هزبر الدين داود بن المظفر يوسف بن عمر بن علي بن رسول ، فاتفق ارباب الدولة واقاموا ولده علي ، ولقّب الملك المجاهد سيف الاسلام بن داود المذكور ، وهو

quas ſequi iubebam attingebamque ſtationes excelſas prope Caljub, ubi me princeps optimus, velut imbre, beneficiis obruebat. Inde movens ab Ahram [ſeu piramidibus] evadebat per Campaniam, venando, usque ad Hamamat [ſeu thermas], quae ab Alexandria, in occidentem, biduo fere abſunt. Deinde redibat Caheram.

Eodem impetebat modo dictus Gubani filius, Timurtaſch, agrum Siſanum, caedensque et rapiens cogebat Siſae, qui tum erat dominum, ad arcem in mari ſitam, Aias dictam, ſe recipere; denique, poſtquam ſanguine ſe rapinisque per menſem fere ſatiaſſet, abibat.

Eodem redibat auctor huius libri ab excelſo officio Hamatam.

Eodem ibat Syriae Proſultanus, Tenguz, ad excelſam ſacramque provinciam, Hegaz, quo eodem Odor [ſeu caterva] Sultanica iam abierat, cum ſplendore magnificentiaque prorſus inſolita.

Eodem labente, nocte quadam, quae diem Martis praecedebat, aliquem duodecimi menſis, obibat Iemanae dominus [vel Arabiae felicis], in urbe Teez, a pleuritide. Erat is Malec el-Movaiied Hezabr-ed-din [ſeu leo fidei] Davud, filius Modafferi Ioſephi, filii Omari, f. Alii, f. Raſuli. Cui magnates commune de conſilio filium Alin, ſub titulo Malec el-Mogahedi Saif-el-Iſlam ſufficiebant, vix modo pubertatis annos ingreſſum. Sed eum altero ſtatim anno patruus, Zaid-ed-din Malec el-Manſur Eiub, exutum regno in carcerem mittebat. Non tamen ille tres integros menſes Iemanae ſummam poteſtatem tenuit. Militum enim aliqui, ſuborta inteſtina ſeditione, ruentes extrahebant iuvenem e carcere, priſtinaeque dignitati rurſus admovebant; patruum contra, mutata vice, concedere iubebant in ipſius compedes. Paullo poſt videbimus quo tandem hae turbae evaſerint.

وهو ان ذاك اول ما قد بلغ ، ثم خرج عليه عمه الملك المنصور ايوب ولقبه زيدَ الدين اخو داود في سنة اثنين وعشرين وسبعماية فملك اليمن واعتقل ابن اخيه سيف الاسلام ، وقعد المنصور في مملكة اليمن دون ثلثة اشهر ، ثم هجم جماعة من العسكر واخرجوا سيف الاسلام واعادوه الي ملك اليمن واعتقلوا عمه المنصور ايوب ، وبقي امر مملكة اليمن مضطربا غير منتظم الاحوال ❊

ثم دخلت سنة اثنين وعشرين وسبعماية ، فيها وصل الامير فضل بن عيسي صحبة الامر السلطانية من الحجاز داخلا عليهم مستشفعا بهم ، فرضي عنه السلطان واقرّه علي امرة العرب موضع محمد بن ابي بكر امير آل عيسي ❊

ذكر فتوح اياس ، فيها وصل بعض العساكر المصرية والشامية والساحلية وسار صحبتهم غالب عسكر حماة الي حلب المحروسة وانضمّ اليهم عسكرها وتقدّم عليهم نايب حلب الطنبغا واتمّوا السير حتي نازلوا اياس من بلاد سيس وحاصروها وملكوها بالسيف ، وعصت عليهم القلعة التي في البحر ، فاقاموا عليها منجنيقا عظيما وركب المسلمون اليها طريقين في البحر الي ان قاربوا القلعة ، فهربت الارمن منها واخلوها والقوا في القلعة نارا ، وملك المسلمون القلعة نهار الاحد حادي عشرين ربيع الاخر وهدموا ما قدروا علي هدمه وعاد كل عسكر الي بلده ❊

وفيها توجه اتامش الناصري رسولا الي ابي سعيد ملك التتر وعاد الي القاهرة بانتظام الامر واتفاق الكلمة ❊

وفيها وصل مولّف الاصل تغمّده الله برحمته الي خدمة السلطان ، قال

Anno DCCXXII [qui die 19 Ianuar. A. C. 1322 coepit] veniebat Emir Fadl, filius Iſae, Arabs ex Hegazo, Miſram ſupplex, una cum Odor [ſeu caterva] Sultanica, cui ſe ideo adiunxerat, quo apud auguſtum pro ipſo deprecarentur, eiusque ipſi gratiam impetrarent. Valebat quoque iſtorum deprecatio tantum, ut non ſolum ignoſceret ipſi placatus auguſtus, verum etiam ipſum in locum Muhammedis, filii Abu-Becri, praeficeret Arabibus Emirum de gente Iſae oriundum.

Expugnata fuit hoc anno arx Aias a noſtratibus. Cui expeditioni aderant delectae de praeſidiis Miſrenſibus, Syriacis, et maritimis cohortes. (169) Ego quoque maximam Hamatenorum meorum partem addideram. Halebi congregatos educebat, una cum ſuis copiis, qui provinciae curator tum erat, Altunboga. Confecto itinere adoriebantur Aiaſum, urbem territorii Siſani, armataque manu poſt aliqualem obſidionem expugnabant. Arx etiam, qamvis negaret deditionem, oportunitati ſui ſitus confiſa, mari enim undecunque cincta erat, diu tamen non reſtitit. Nam quum noſtrates, praeter machinam in arcem directam, quae vehementer eam percellebat, geminam quoque viam per mare illuc ſtraviſſent, adeoque arci iam cominus imminerent: aufugiebant Armeni territi, poſtquam ignes arci ſubieciſſent. Itaque potiebantur etiam illa Muſlemi, die Solis, vigeſimo primo quarti menſis, eaque, quantum eius fieri poterat, everſa remeabant ad ſua quisque.

Eodem ibat Atamiſch Naſericus legatus ad Abu-Saïdum, regem Tatarorum, negotioque ad auguſti noſtri ſententiam confecto redibat Miſram.

Eodem ibat huius libri auctor, quem gratia ſua involvat deus, ad officium auguſto praeſtandum. Ibam, ſunt eius verba, cum auguſto ad Ahram [ſeu piramides], quo etiam aderant legati domini Barſchanuna (170) [Barcinonae aut Barcellonae], (Fran-

قال وسرت في خدمة السلطان الي الاهرام وحضر هناك رسول صاحب برشنونه ، وهو احد ملوك الفرنج بجهات الاندلس ، فقبل السلطان هديتهم وانعم عليهم اضعاف ذلك ، ثم رحل من الاهرام وتوجّه الي الصعيد الاعلي وانا معه الي ان وصلنا دندرة وهي عن قوص مسيرة يوم وعدنا الي القاهرة ❊

ثم دخلت سنة ثلثة وعشرين وسبعماية ، فيها عاد الملك المويد الي حماة من خدمة السلطان بعد ان غمره بالانعام والعطايا ❊

ذكر السنة الحمرا ❊ ، فيها جدبت الارض بالشام من دمشق الي حلب وانحبس القطر ولم ينبت شي من الزراعات الاّ القليل النادر واستسقي الناس في هذه البلاد فلم يسقوا ، واما السواحل التي من طرابلس الي اللاذقية وجبل اللكام فان الامطار ما زالت تقع في هذه النواحي ، فاستوت q زراعاتهم ❊

وفيها مات قاضي القضاة الشافعي بدمشق المعروف بابن صقري وهو نجم الدين احمد ، وولي مكانه جمال الدين المعروف بالزرعي ❊

وفيها عزل السلطان كريم الدين بن عبد الكريم عن منصبه واستعاد منه ما كان عنده من الاموال وارسله الي الشوبك فاقام بها ، وولي مكانه امين الملك عبد الله ❊

وفيها رسم السلطان لموفّق الاصل ان لا يرسل قوده نظرا في حاله بسبب محل البلاد ، فارسلت عدّة يسيرة من الخيل التي كنت حصّلتها ، فتصدّق

q) الجهة quid eſt?

r) ودخوله Legend. والدخول Forte quoque ſequens بعض delendum.

s) Poſt واحضره repetebatur واحضر in C. L. quod aliqualiter in verſione expreſſi, delevi tamen in textu.

(Francorum in Hiſpania regulorum is unus eſt;) quorum munera clementer accipiebat Sultan, et aliquoties duplo plura illis rependebat, quam allata valebant. A piramidibus deinde in Thebaidem ſuperiorem ibat, me ſtipatore; et poſtquam Dandaram excurriſſemus, quae Cuſo diaetam abeſt, retro flectebamus Cahiram.

Anno DCCXXIII [qui die 9 Ianuar. A. C. 1323 coepit] redibat Malec el-Movaiied [hoc eſt, ego, Abulfeda, redibam] ab auguſti officio Hamatam, obrutus beneficiis et donis imperialibus.

Erat hic annus eorum unus, quos rubros appellare ſolent Arabes. In Syria certe, a Damaſco inde usque ad Halebum ſqualore ſordebat terra; pabuli ſegetisve prodibat nihil, aut certe perparum, deficiente pluvia, fruſtraque erant imbres poſtulantium vota quamvis calidiſſima. In Riperia contra, hoc eſt, a Tripoli inde usque ad Laodicaeam, et in monte Locam [ſeu Libano aut vicino quodam], cadebant imbres indeſinentes; unde commodam ibi meſſem habebant.

Eodem obiit Damaſci ſupremus ſectae Schafeïticae per Syriam Cadi Nagm-ed-din Ahmed, vulgo Ibn-es-Sacari [ſeu filius falconarii] dictus; cui ſufficiebatur Gemal-ed-din, qui vulgo Zaraicus (171) audit.

Eodem amovebat Sultan Carim-ed-dinum, Abd-el-Carimi filium, a ſuo munere [Cadii nempe Miſrenſis], exutumque bonis Schaubecam relegabat. Suffectus ipſi fuit Amin el-Mulk Abdalla.

Eodem vetabat auguſtus per codicillum, agmen equorum ab huius libri conditore Miſram mitti, quod ex officio pactoque clientelae debebat; habita ratione ſterilitatis provinciarum noſtrarum. Nihilominus tamen, ait auctor, mittebam numerum, ſed exiguum, equorum, quos comparare potueram. Quod leve

فتصدّق عليّ بتشريف كامل علي عادتي *b* وستين قطعة اسكندري خمسين الف درهم والف مكوك حنطة *

وفيها حضرت رسل ابي سعيد ملك التتر ورسل نايبه جوبان وتوجّهوا الي الابواب الشريفة بالقاهرة ثم عادوا الي بلادهم *

وفيها وصلت الملكة بنت ابغا واسمها قطلوف في خدمتها عدة كثيرة من التتر وتوجّهت الي الحج ، ورسم السلطان ورتّب لها في الطرقات الاقامات الوافرة ۞

ثم دخلت سنة اربع وعشرين وسبعماية ، فيها تقدّم السلطان بابطال المكوس والضرايب عن ساير اصناف الغلّة بجميع الشام ، فابطل وكان ذلك جملة تخرج عن الاحصاء *

ذكر المتجددات في بلاد الروم ، كان ببلاد الروم تمرداش بن جوبان ، فاستولي عليها واستكثر من المماليك وقطع ما كان يحمل منها الي الاردو والخواتين ، وصار كلما جاءه رسول لطلب المال يهينه ويعيده بغير زيدة ، فلما كثر ذلك منه سار اليه ابوه جوبان ، فعزم تمرداش علي قتال ابيه ونفق في عسكره ومماليكه ، فلما قرب جوبان منه فارقه عسكره وصاروا مع جوبان ، فلما راي تمرداش ذلك حضر مستسلما الي ابيه جوبان ، فتقدّم

t) الجنويين C. L. الجنوبين *v*) وكان Lege وكانت

x) Cod. Leid. habebat قلبوب et درار

y) الادر recurret haec vox paullo poſt. Qualis ſit non novi. Turcica videtur eſſe. Arabica certe non eſt. Ex ſenſu et connexione locorum colligas idem notare quod *maieſtas* noſtratibus. Reperio apud alios quoque

munuſculum auguſtus pro conſueta ſua erga me clementia ſtola honoris pro more completa, et ſexaginta telis panni Alexandrini, et quinquaginta millibus drachmarum, et mille Maccuk [ſeu menſuris] tritici compenſabat.

Eodem aderant ab Abu-Saïdo, rege Tatarorum, et ab eius tutore, Gubano, legati ad excelſas portas Cahirae, confectaque legatione domum verſus abibant.

Eodem ibat regina, Cotluf, Abagae filia, [patrua igitur patris Abu-Saïdi] magno Tatarorum in comitatu Meccam, religionis cauſſa. Cui, quaqua tranſibat, dignae perſona ipſius, hoc eſt ſplendidae lautaeque, ſyntaxes ex auguſti mandato exhibebantur.

Anno DCCXXIV [qui die 29 Decembr. A. C. 1323 coepit] abrogabat Sultan edicto mercium per Syriam vectigalia et tributa de annonae generibus omnibus. Vnde quantopere patriam ille diligat aeſtimes, qui luculentos ſibi reditus decedere, quam civibus per ſuperioris anni calamitatem afflictis male eſſe, maluit.

Innovatum hoc anno in Romania fuit, quam, quod ſupra iam indicavimus, Gubani filius, Timurtaſch, ſui iuris fecerat. Hic inſolens homo, tutus praeſidio patris, ſuisque viribus, (ingentem enim mamlucorum ſibi manum comparaverat) negabat iam a longo tempore tributum, quod ad Ordu [ſeu auguſtam Tatari ſtationem] et Chatunis [ſeu regio gynaeceo] e provincia mitti conſueverat. Saepius immiſſos ſibi quaeſtores non tantum ludi factos et vacuos, verum etiam ignominioſe tractatos, remittebat. Nimis ergo diu immodiceque inſolentem invadebat pater Guban cum exercitu; quem ille armis arcere meditans magnos faciebat ſumtus in milites et mamlucos. Fruſtra tamen. Illi enim, patre in viciniam ſuam delato, ad hunc a filio deſciſcebant. Quo facto nihil iam Timurtaſcho ſupererat, quam

فتقدّم جوبان بامساكه واخذه معه معتقلا الي الاردو ، وذلك بعد ان اقام ببلاد الروم شخصا من التتر موضع تمرداش *

ذكر المتجدّدات باليمن ، في هذه السنة لم يبق في يد الملك المجاهد علي بن داود غير حصن تعز وخرج باقي ملك اليمن عنه وسار بيد ابن عمه صاحب الدملوة وتلقّب بالملك الظاهر *

وفيها نزل الامير مهنا بن عيسي بظاهر سلمية من بلاد حمص عند تل اعدا ، وكان له ما يزيد عن عشر سنين لم ينزل باهله هناك ، وكان الامر والنهي اليه في العرب وخبز الامرة لاخيه فضل بن عيسي *

وفيها ورد مرسوم السلطان الي صاحب حماة بالمسير الي خدمته ، فسار واخذ معه ولده محمد واهله ، قال وحضرت بين يدي السلطان بقلعة الجبل مستهلّ الحجة ، فبالغ في انواع الصدقات عليّ وعلي من كان معي وعلي ولدي ، ووصل وانا هناك رسل ابي سعيد ملك التتر ويقال لكبيرهم طوغان وهو من جهة ابي سعيد ، والذي من بعده حمزه وهو من جهة جوبان وصحبتهما الطواشي ريحان خزندار ابي سعيد وكان مسلّما ما كان صحبتهم من الهدايا ، وحضر المذكورون بين يدي السلطان بقلعة الجبل ، وكان يوما مشهودا لبس فيه جميع الامراء والمقدّمون والمماليك السلطانية وغيرهم الكلوتات المزركشات والطرز الذهب ، ولم يبق من لم يلبس ذلك غير

quoque aetatis Abulfedaeae fcriptores femibarbaros ; ut apud Abu-
لم ينزل يتردد الي خدمة الابر السلطانية لكل من Ofaibam
Et paullo ملك دمشق من اولاد الملك العادل بقلعة دمشق
رحل من دنيسر الي مصر ثم الي الشام وخدم الابر post
الناصرية

patri ſeſe dedere. Hic contumacem in vinculis ſecum ad aulam rapiebat, poſtquam alium, neſcio quem, Tatarum Romaniae praefeciſſet.

Excidebat hoc anno pariter Malec el-Mogahed Ali, filius Davudi, regno felicis Arabiae, ſic, ut, praeter Teezzum, eius nihil retineret. Affinis enim eius, patrui filius, Damluvae dominus, rapiebat cetera, ſibique cum imperio titulum Malec ed-Daheri arrogabat.

Eodem deſcendebat et explicabat tentoria ſua Mahanna, filius Iſae, Emirus Arabum, in agro Salamiae, qui ad Emeſſenam ditionem pertinet, apud Tall Ada; quem locum iam a decennio non frequentaverat cum gentilibus. Gaudebat quidem eius frater, Fadl, tunc temporis Emiri apud Arabes titulo, et beneficiis huic dignitati alligatis, per auguſti clementiam; qui Mahannam iis, ut ſupra vidimus, ob perfidiae non vanam ſuſpicionem privaverat: iubendi tamen vetandique auctoritas penes ſolum Mahannam erat nihilominus.

Eodem ibat Hamatae dominus excitus in Aegyptum ad officium auguſto praeſtandum; et ibat quidem cum filio, Muhammede, familiaque ſua. Venerabar itaque, ipſe ait, maieſtatem ſummi principis in arce montana ipſis Calendis duodecimi menſis, variaque percipiebam genera beneficiorum, in me filiumque et familiam collata. Contingebat, quo tempore aderant, ut legati Tatari eodem advenirent, unus ordine primus et dignitate maximus, Tugan dictus, Abu-Saïdi nomine, et alter a Gubano miſſus, Hamza; tertius erat Tavaſchi Rihan, Chazendar [vel theſaurarius] Abu-Saïdi, munerum exhibitor. Exhibebat autem illa duodecimi menſis octavo die, ſplendido illo et panegyrico, quo Emiri, praefecti, mamluki Sultanici, alii, verbo, quidquid ad curiam ſpectabat, in veſtibus acu pictis et auro praetextatis comparebant. Vnus inter omnes auguſtus conſpicua eminebat habitus ſimplicitate. Munera, quae offerri ego

(12) *Pag.* 23. Haiton Armen. c. 33. "Rex Armeniae vero perpendens, quod non poterat ad praeſens habere ſubſidium Tartarorum, miſit ſuos ad Soldanum Aegypti, et treugas cum ipſo inivit, ut de Saracenorum carceribus poſſet redimere natum ſuum. Vnde Soldanus promiſit regi, quod ſi ſibi redderet quendam ſuum ſocium nomine Sangolaſcar, qui captivus pene Tartaros detinebatur, et ſibi reſtitueret caſtra civitatis Halappi, quae occupaverat tempore Haoloni, ipſe filium reſtitueret priſtinae libertati. Soldanus itaque reſtituit filium regis et recepit ſocium ſuum, et rex reſtituit Soldano caſtrum de Tempeſak, et alia duo caſtra fecit dirui, ad requiſitionem Soldani. Et hoc modo filius Armeniae regis fuit de carceribus liberatus." Vid. Abulfarag. p. 546. 547.

(13)

(13) *Pag.* 29. Ptolemais ab ipſo Bibarſo expugnata non fuit, ſed a Malec el-Aſchrafo, filio Kelavuni. Vid. ad ann. 690.

(14) *Pag.* 29. Forte hoc deſignavit Marin. Sanut. pag. 224 in iſtis: "caſtrum unum vetuli de Montibus." Apponam totum locum, quo cum his conferatur. "Sequente anno [1271] XVIII Februar. *Bendocdar* obſedit caſtrum *Crac* [imo vero *crat*] quod erat Hoſpitalariorum, et VIII April. non valentes amplius locum defendere qui deintus erant, ſaluis perſonis caſtrum reddidere. Turrem quoque deſtruxit *Caſtri Blanci* et *Gibelathar*, quod erat Principis [Antiocheni] — cepitque *Montfort* et deſtruxit, quod erat Alamanorum; deinde ante Ptolomaydam ſtetit; cepit quoque caſtrum unum vetuli de Montibus." Sed rurſus hunc locum non concilio cum illo p. 189. 8. ubi ait, haec omnia Chriſtianis adhuc ſuo tempore ſubeſſe.

(15) *Pag.* 29. *Corainum.* Eſtne illa parva arx, quam della Valle P. I. Itiner. c. 32. p. m. 148 *Corain* appellat, inter *Cattiam* et *Sallahiam* ſitam; hoc eſt inter Syriam et Aegyptum. Sed non apparet, quibus et qualibus hoſtibus eam ademit Malec ed-Daher. Videretur quoque ſic ſitam citius attingere debuiſſe, quam Damaſcum veniret. Quid ſi ſtatuamus pro قـــريـــن *Corain* legi debere قـــيـــريـــن *Kirin*, quem locum Noſter ſupra ſub anno 619 vicinum Hamatae fuiſſe ait. Forte fuerit arx Iſmaëlitarum aut Francorum.

(16) *Pag.* 29. *Limiſſo.* Marin. Sanut. p. 224. XIV. "galeae Saracenorum iuxta Limiſſo confractae ſunt, et eorum usque ad tria millia mortui aut capti."

(17) *Pag.* 31. *Emiratum Tabulchana.* Hoc eſt curam, praefecturam της Tabul Chana, quae quid ſit docet Cantemir. Hiſtor. Ottom. pag. 382. "Tabulchana warlyke Muſic, wich is allways to be near the Wezir, and to to continue playing, in order to inſpire the combatans with courage" cet. In eiusdem editione Gallica exſtat T. I. p. 151 locus memorabilis huc pertinens, et declarans quid ad Tabulchanam Veziri pertineat.

(18) *Pag.* 31. *Biram.* Marino Sanuto pag. 228 *Labiere.* Sed tempora ille miſcet. Vid. ad ann. 674.

(19)

(19) *Pag.* 33. Leo Afric. p. m. 103. "Regnavit huius (Abd-el-Mumeni) poſteritas ab anno 516 Hegirae usque ad a. 668, fuitque tandem e regno pulſa a quodam Marinorum rege."

(20) *Pag.* 33. *Filiorum Hamama.* Quia nempe ab Hamama, tribu antiquiſſima Mauritana deveniebant, cuius apud Morganum I. pag. 155 iam ſub Moavia Chalifa mentio fit.

(21) *Pag.* 33. *ad Arabes.* Non ad Arabes, ſed ad Mauros potius. Nam *Zenatitae* erant. Eſt autem *Zenata* antiqua tribus Mauritaniae, quae iam a Ptolemaeo et aliis ante Arabum in Africam ingreſſum memoratur. Conf. Leo Afric. I. 10. Sed ſaepe Arabes occidentales cum Mauris confunduntur, quod vel a Noſtro iam ſemel et iterum in ſuperioribus factum fuit.

(22) *Pag.* 33. *Abu-becr.* Vulgo *Buear Merinus*, ut apud Boſium Notit. Hiſp. p. 21.

(23) *Pag.* 33. *Abd-el-Hakki.* Eſt ergo is ille *Abdulac* quem memorat Hiſt. Revol. Hiſp. T. III. p. 209. et Leo Afric. p. 108.

(24) *Pag.* 33. *Eius — ſucceſſor.* Interponitur inter ambos Abu-becri filius, ſed ille brevis aevi, l. c. p. 210. At Leo Afric. l. c. "Iacobus Habdulach filius, qui primus fuit Marinorum rex." Sed contradicit ſibi III. 139. p. m. 303. "Habdulac primus Marinorum princeps — quatuor ab obitu filios reliquit, quorum primus Abubder [Abu-becr], ſecundus Abuiechia [Abu-Iahia], tertius Abuſaid, quartus vero Iacobus fuit appellatus: hic poſtea propter devictum Muachadin Maroccorum regem — in regem electus fuit; reliqui tres praematura morte perierunt, antequam Iacobus Maroccum expugnaſſet."

(25) *Pag.* 35. *Omar.* Vel *Amru.* Nam utroque modo ſcriptum in hoc articulo inveni.

(26) *Pag.* 35. *Abd-el-Fakir.* Hic non eſt titulus, ſed ita loqui ſolent Muhammedani, quando de ſe ipſis loquuntur, pro more iſtorum ſaeculorum etiam inter Chriſtianos. Ita Marianus Scotus in Chronico, ad ann. 1069: "Ego miſer Marianus" cet. Conf. d'Herbelot p. 994. b. lin. 23: "le pauvre et le miſerable ſerviteur de Dieu Gaiatheddin" rel.

(27) *Pag.* 37. *Naſir-ed-din Tuſenſis.* Vid. Leon. Afric. Vit. Arab. p. 279. ubi multae nugae, pro ipſius more. Quare ipſum *Elmuhaied* appellet, non perſpicio. Teix. pag. 339. "Floreciò en tiempo deſte en la Perſia Coaja [Chovaga] Naziradin Tuſſy inſigne aſtrologo, que eſcrivio un livro intitulado Zich el Kony [Zig Il Chani] de juicios y figuras, muy celebre entre los Parcios." Hiſt. Genkizch. pag. 546. d'Herbelot p. 46. a. 137. b. 153. a. 321. a. 654. a. 665. b. 841. a. 844. b. 845. b. 934. a. 936. b.

(28) *Pag.* 37. *Iſcharat.* Plures eo titulo inſcripti fuerunt libri Arabici; adeoque bene feciſſet Noſter, ſi nominatim, quem volebat, deſignaſſet. Quia tamen ſimpliciter *al-Eſcharat* [*τας επιδειξεις, indicationes, demonſtrationes*] nominat, procul dubio deſignat inter cognomines celeberrimum, ab auctore celeberrimo profectum. Hunc eſſe Avicennae *Demonſtrationes ſeu theoremata philoſophica, logica, metaphyſica, phyſica, pneumatologica*, cet. in quae *Naſiroddin commentarium ſcripſit*, patet ex Catalogo Bibliothecae Leidanae pag. 446. n. 874 et 877 et ſeqq.

(29) *Pag.* 39. *Ablaſtin.* Videtur idem eſſe cum Abuleſtan Scharf-ed-din in vita Timur Beki Tom. III. pag. 269. "Pendant que Timur étoit occupé au ſiege de Sebaſte, quelques brigands d'Abuleſtan, qui eſt le pais de Zulcaderie." Forte eſt idem atque corruptum *Pasblank* apud Haith. Arm. c. XXXIV. Conf. Mar. Sanut. p. 226. lin. 16.

(30) *Pag.* 39. Huc ſpectat quod dicit Marai: "Subegit Bibars Romaniam, et reſedit apud Caeſaream et induit Tag [diadema, Sultani Romaniae ſcilicet poſt Selgukidas]." Sed diu non tenuit hic Romaniae Sultanatus.

(31) *Pag.* 41. *Parvana peremtus eſt.* Mortis genus, fere incredibile, indicat Haython Armenus c. XXXIV. qui de his rebus Tataricis omnino conferendus. Conf. etiam Mar. San. p. 228. c. XVII. et Abulfarag. p. 549 ſqq.

(32) *Pag.* 41. *Alatac.* In Arabico erat بالالطاع Credo بالاطاغ debere eſſe, et id idem eſſe cum Alatac, urbe Armeniae inferioris circa lacum Van, Echlatam et Nachſchivanam, cuius ſaepius memimit Scharf-ed-din in hiſt. Timurbeki, ut I. p. 437. II. p. 286. 291. 297. Hiſt. Tatar. vero p. 406 videtur ultra Oxum in parva Bucharia ponere.

(33)

(33) *Pag.* 43. Hiſtor. S. Ludov. T. II. p. 534. "Il fut emporté par une diſſenterie, que lui vint d'avoir paſſé l'Euphrate à la nage pour ſecourir un chateau que les Tartares aſſigeoient" cet. Alias cauſſas allegat Abulfaragius pag. 551.

(34) *Pag.* 43. *princeps ſapiens.* Elogium hoc ipſi tribuit Haiton Armen. c. 52. "Iſte [Melecdaër] fuit ſagaciſſimus, et in facto armorum ſtrenuus atque audax. Et ſuo tempore multum crevit Saracenorum potentia in Aegypto, et in regno Syriae et multas occupavit civitates et caſtra quas Chriſtiani tenebant. Et iſte cepit nobiliſſimam civitatem Antiochiae anno Domini MCCLXVIII, et poſtmodum regno Armeniae multa intulit damna. — Poſthaec fuit veneno potatus, obiitque in Damaſco. Poſt obitum vero Melecdaër factus fuit Soldanus filius ſuus Melecſayt. Sed confeſtim quidam alius Cumanus, nomine Elſi [leg. Elfi, puta Malec el-Manſur Calavun] deiecit ipſum de ſede." Simile elogium ipſi ſcribit Marai: "Ad pulchra Bibarſi facta pertinet, ait, quod abrogarit [vetuerit et exſulare iuſſerit] المفسدات corruptrices [puto les Danſeuſes] والخواطي et meretrices; quod Mocus [tributi genus aliquod] abrogarit, et iuſſerit vina effundi in plateas, et tam rigoroſe prohibuerit eius uſum et confectionem, ut mortis poenam ſcripſerit uvas exprimenti; quod caſſaverit taxam ab oenopolis pendi ſolitam pro vendendi licentia; quae per unum diem per ſolam Cahiram mille numos aureos efficiebat — Fuerat omnino vir imperio dignus, niſi ſaevus et iniquus fuiſſet. Sed deus eius miſereatur; et dignus eſt hoc pio voto: فان له يدا بيضا في الاسلام Nam ipſi eſt *manus alba* [ut Ennius ait *gypſata*] in Iſlamismo; [felix et auſpicata pro incrementis Iſlamismi dextra, qua illum aſſeruit et late propagavit]." — Res eius geſtae requirerent integra volumina.

(35) *Pag.* 45. Hiſtor. S. Ludovici T. II. pag. 486 *Sahit Bircat.* Geuffr. pag. 172. "Poſt Bendecar electus fuit *Melec Sayt*, — prius dictus *Almach*, a Sabellico Alina. Hic trucidatus eſt per mammaluchum *Elfi*, quidam *Elfis* dicunt" —

(36) *Pag.* 49. Eſt igitur ille Μελης, quem Nicephor. Gregor. IV. I. §. 6. p. 47 male *fratrem*, rectius p. 83. lib. V. cap. 5. §. 1 filium *Azatini*

[leg. Ιαζατινου] appellat; qui locus cum Noſtro conferendus. Et intelligitur hinc quatenus recte ſcripſerit Leunclavius in Pandectis p. 416 "duos fratres Iathatinem et Aladinem — commentitios et expungendos eſſe."

(37) *Pag.* 51. *Calavun.* الالفي *Elfi* vel *Alfi* alias quoque dictus, hoc eſt qui *mille* dinaros ſeu numis aureis emtus fuit. Hic eſt ille *Erfi*, ut corrupte pro *Elfi* ſcribitur, apud Haython. Armen. cap. 35 fine. Recte habet Marin. Sanut. p. 239.

(38) *Pag.* 51. Memorabilia ſunt verba Marai de indole huius principis eiusque caede. "Erat, ait, Malec es-Said Sultanus illuſtris, liberalis, aequus, beneficus, qui rogantem non facile abigeret, ſubmiſſus, comis, commodis moribus, prorſus non aſper, neque iniquus, pro ſuis civibus admodum ſollicitus, amans bonum facere; parum ſe ab hominum conſpectu ſecludens; ad dicendas ſententias et definienda rerum conſilia ipſe accedebat. Vnde factum ut eum anno 678 apud Caracam vita functum vehementer deſiderarent homines, et per omnes urbes atque regiones condolentias publicas propter ipſum inſtituerent. Choandat [eſt vox Turcica, quam coniicio feminas auguſtas, *le Serail*, et quidem Malec es-Saidi denotare] foras procurrebant nudis pedibus et brachiis et capitibus [ut in magno luctu] et Manſurum Calavunum diris modis convitiabantur atque devovebant. [Vid. ſimilem hiſtoriam de Schah Abbaſo primo, et Sefi Mirza apud Olearium Itin. p. 434.] Calavun audiens et videns haec verbulum non hiſcebat. Imputabatur nempe ipſi, quod Malec es-Saidum veneno tolli curaverit. Praeſertim defuncti uxor et Calavuni filia vehementer lugebat et deſiderabat maritum, neque ceſſavit triſtis eſſe et ipſum plorare, donec obiret anno 687 noluitque deinceps rurſus maritari." Haec Marai. Quid harum rerum certum et rectum ſit, quis pronunciet. Nolumus iudicium noſtrum interponere. Sed plus ſemel deprehendimus Abulfedam hiſtoricum in rebus ſui temporis partialem et in damnum veritatis parcentem honori aulae cuius vaſallus erat.

(39) *Pag.* 53. Neſcio quid ſibi velit Mar. Sanut. p. 228. c. XVIII. cum *Aquis frigidis*. "Tunc etiam Sangulaſcar ivit ante Damaſcum ad impugnandum Saracenos, et debellatus fugit ad Aquas frigidas." Vbinam ſunt illae aquae frigidae?

(40)

(40) *Pag. 55. Marcab. Margath* Scriptoribus Paſſagii et Marino Sanuto p. 228. c. XVIII. qui hoc de caſu ſic: "Perrexerunt Hoſpitalarii ad caſtrum vocatum *Margath* MCCLXXVIII et ceperunt Baylivum Saracenorum, qui in partibus illis erant, et interfecerunt, et debellare coeperunt per diſtrictum Margath." — Et paullo poſt: "Menſe Februar. [MCCLXXXI] venit exercitus Soldani ante Margath ex parte Maracleae fueruntque equites II M. pedites III M. — dederunt inſultum iis, qui erant in Margath. Illi vero exeuntes Saracenos aggrediuntur et debellaverunt occidentes plurimos."

(41) *Pag. 57.* Conferri de his omnino meretur Haithon Armen. c. 36. quod inſcribitur: "De Mangodanior [leg. Mangodamor] Tartarorum duce" cet. in quo nonnulla ſecus quam Noſter narrat, ut pote Chriſtianus, cum quo ſic concinit Mar. San. p. 239. init. ut victoriam Muhammedanis abiudicet. Mire turbat d'Herbelot p. 2. b. in temporum et hominum deſignatione. Dicit enim id anno 669 contigiſſe ſub Elfio (qui tum nondum regnabat), Bondocdarum autem cum Abagao amice et absque bello vixiſſe, quod pugnat ſuperioribus.

(42) *Pag. 61. haſtas e canna.* "Auſſer dieſen (Schreib-Röhren ſcilicet, ait Rauchwolff I. 8. p. 542.) ſeind noch andere groſſe Röhren, welche faſt gleicher Farb, und faſt dicke Gewerb haben. Solche bringen die Pilgarm, ſo ihren Mahomet beſuchen, von Mecha, und führens die Völcker in den Landen zu Roſs für andere Spieſs, vürnehmlich aber die Arabes, von wegen daſs ſie lang, ſtark, leicht und innen gleichwol gantz ſind, damit ſie auff ihre Feinde zu rennen, oder die under ſie, mit der einen Hand in der mitten über ſich gehebt, hinein werffen, daſs ſie mit ihren ſcharffen Eiſen, damit ſie unden und oben beſchlagen, mehr als ihre Pfeile durchdringen."

(43) *Pag. 61. prae moemore.* Veneno exſtinctum ſcribit Abulfaragius pag. 553.

(44) *Pag. 61.* Alii narrant Ala-ed-dinum et eius fratrem Schams-ed-dinum, Saheb ed-Divan dictum (nam Ala-ed-dinum Vezirum appellant) ab Arguno peremtos fuiſſe, ideo quod credebat patrem ſuum, Abagaum ab illis veneno ſublatum fuiſſe. In Schams-ed-dini nece finit Abulfaragius hiſtoriam

ſuam. Conf. Teixeira pag. 339. qui more ſuo *Atalmolk Iawyni* appellat. Herbel. p. 1. b. 2. a. 72. b. 126. b. 144. b. 776. a. Hiſt. Genk. p. 518.

(45) *Pag. 63. Nicudar.* "Nicudar Oglan, que es Nicudar el buen hijo." Teix. p. 340. Ex eo *Nicolaum* fecerunt aliqui.

(46) *Pag. 63.* Conf. Abulfarag. p. 554. ubi epiſtolam habet ab Ahmede ad Sultanum Miſrenſem, ut ait, ſcriptam, una cum reſponſo Miſrenſis.

(47 a.) *Pag. 63.* Convenit cum hac genealogia H. Genkizch. p. 498. ubi ſic exſtat. "Mencoutem, autrement Mongatmur, fils de Dogan, fils de Batou; et ce Mangoutem fut ſurnommé Kilk." Sed Hiſt. Tatar. Geneal. et inde formata tab. geneal. apud Haſium in Phoſphoro p. 161 ſic genus ducit, ut Mengutimurum immediate filium Zuzii, et nepotem Genkizchani faciat. Etiam non conſentit cum Noſtro Hiſt. Genk. in ſucceſſione. Nam non Tadanum, ſeu Tadan Menguum, ſed eius filium Cazazum ſucceſſiſſe perhibet. "Cazaz fils de Tazaz, auſſi appellé Toudehencay [leg. Toude Mencay] fils de Dogan" — Secundum Hiſtor. Tatar. pag. 356 debet hic Mangutimur etiam circa a. 686 obiiſſe, poſtquam Argun, qui anno 684 coepit, aliquamdiu in imperio fuiſſet, ut cum quo bella ſiniſtre geſſiſſe dicitur ibid. Vid. ad ann. 686.

(47 b.) *Pag. 65. gente Barmacidarum oriundus.* Et quidem ab illo Gafaro filio Iahiae, filii Chaled, filii Barmak, de quo vid. ad ann. 187, oriundum facit Raud. Vid. d'Herb. pag. 985. a. Pocock Spec. Hiſt. Arab. p. 364. La Croix Hiſt. Genkizch. p. 531. in cuius hiſtoria mihi quaedam ſunt ſuſpecta.

(48) *Pag. 65. Vafiat el-Aian.* Vid. d'Herb. p. 904. b. ubi titulus Arabicus integer ſic exhibetur, aut potius exhibendus fuerat. وفيات الاعيان وانباء عن ابناء ذا الزمان "Vafiat al-Aïan v'enba án ebna da al-zeman." Fertur hoc opus ab eruditiſſimo viro Abbate de Longuerue, Latine converſum fuiſſe. Penes fatum eſt num aliquando proditurum ſit.

(49) *Pag. 67. Bahira.* Vel *Buchaira*, ut in chartis appellatur, inter Alexandriam et columnam Pompeii.

(50)

(50) *Pag. 67. Nicudar.* Sic vulgo appellatur. Sed Abulfedae codex Leidenſis pro نيكدار bis habebat تكدار *Tacdar*, vel *Tangdar*, quod accedit ad Haythoni Arm. *Tongodar* cap. XXXVII.

(51) *Pag. 69. ſumebat venenum.* Nicephor. Gregor. V. 5. Οὗτος τον βιον απολιμπανει, λαθρα συξαντων επ' αυτον τινων φονευτων. Vid. ſupra ad ann. 677. Phranzes (teſte Cangio ad h. l.) libr. X. c. 26. peremtum ipſum in praelio fuiſſe ab Alio, filio Amuri, ſeu Omeroglio Ponti domino ait, eo quod patrem eius interfecerit. At Graeculi in hiſtoria Selgukidarum et regulorum Romaeorum inde natorum admodum ſocordes ſunt et turbant.

(52) *Pag. 69.* Vehementer diſcrepant ab his Annales Selgukidarum, quos Saad-ed-din in verſione Bradutti p. 8 citat; perhibentes Maſudum circa ann. 697 deceſſiſſe et ipſi ſucceſſiſſe eius ex fratre nepotem, Ala-ed-dinum (quem ſecundum appellat Italus) Caicobadum, filium Feramerſi, filii Azz-ed-dini Caicavuſi, filii Gaiiat-ed-dini Caichoſrui, cet. Et hunc Ala-ed-dinum ſecundum ait a. 699 a Mogulis victum et captum et regno privatum fuiſſe.

(53) *Pag. 69.* Vid. d'Herb. p. 127. a. qui diſtinctius de his et de Iudaei exitu narrat. In eo autem, quod ibidem ſcribit. "Il y a d'autres hiſtoriens Arabes, comme Abulfedah, qui ecrivent, que le Juif Saad-ed-doulat fut egorgé, parce qu'il fut ſoupçonné d'avoir empoiſonné le Sultan ſon maitre," in eo aut falſus memoriae fuit, dum Abulfedam nominatim citabat: nam apud illum, quantum nunc quidem inquirens comperio, nihil hac de re proſtat; aut habuit Codicem noſtro diverſum aut pleniorem: quod facile fieri poteſt. Mira ſaepe codicum Arabicum diſcrepantia deprehenditur, ut eiusdem libri duo codices comparans, fere putes diverſos libros eſſe. Ita mihi contigit Ibn-Schehnae codicem Leidanum cum Dorvilliano comparanti.

(54) *Pag. 69. Suk es-Sanaat.* سوق الصناعة Quale illud forum, et qualium artificum ſit, neſcio. Conieci aliquando *Suk* الصباغة *as-Sebagat*, *forum tinctorum.* Neque puto huc quidquam facere quod in Chronico Siculo Cantabrigienſe ad ann. 938 memoratur دار الصناعة *Dar es-Senaat*, quod cl. Aſſemanus *officinam* vertit. Sed *cancellariam* eſſe clare patet ex Geographo Nubienſe p. 209. lin. 12.

(55)

(55) *Pag. 73.* Afferet Abulfeda in ſequentibus paſſim talium diplomatum formulas, egregio quidem inſtituto, quod nunquam ſatis laudes, dolendum tamen, illarum ſtilum, vocibus quidem Arabicis conceptum tam tamen abſonum, peregrinum, ſoloecum, adulatorium, inſanum eſſe, ut ſaepe non intelligere nedum interpretari queas. Hoc tamen quod coram habemus, utut ſatis peregrinum ſit, eſt tamen adhuc *εν εφικτῳ*. In genere norunt omnes, omnium gentium paene ſtilum curialem aliquid Gothicum habere, quod vetuſtatem ſapit.

(56) *Pag. 73.* *Macam.* In titulatura orientalium tres fere tituli occurrunt حضرت *Hedret*, المقام *Macam*, et المجلس *Magʻlas*. Prima notat vi vocis *praeſentiam*, et reſpondet noſtro *Maieſtas*. Tribuitur tantum prophetis, ſanctis, Chalifis, et ſupremis imperatoribus, ut magna domino Turcarum. Alterum eſt *Macam*, quod hic habemus, et me iudice poſſit cum noſtro *Serenitas* aut *Alteſſe Sereniſſime* conferri. Notat vi vocis *ſtationem*, locum ubi conſiſtitur. Tertium inferius habebimus, ubi legato tribuitur, ideoque mihi videtur cum noſtro *Excellentia* convenire. Proprie notat *conceſſum*, locum ubi conſidetur. Occurrit paullo poſt in hac ipſa epiſtola الحد المحروس Quod, ſi prima vox bene habat, eſt *terminus conſervandus a deo*, vel الحد *fortuna conſervanda*, quod reddidi per *ſerenitatem quam deus diu conſervet.*

(57) *Pag. 79.* Hinc coniectura fieri poteſt, quam cito traiici ex Hamata Miſram poſſit. Die undecimo mortuus fuerat prior princeps, et die vigeſimo nono ſcripta fuit inveſtitura. Ad a. 692 expreſſis verbis ait Abulfeda iter octiduo confici poſſe.

(58) *Pag. 83.* Marin. Sanut. p. 229. c. 19. "Sequente autem anno [1285] XXVII April. Soldanus Babyloniae obſedit Margath, et XXVII Medii ſalvis perſonis reddidere caſtrum. Iam enim usque ad Barbacana proceſſerant, et una turris ceciderat, quae vocabatur *Ioſperon.*"

(59) *Pag. 87.* *Tarantaii.* Marinus Sanutus p. 229. c. 20. corrupte vocat *Leteratayn.* "Admiraldus vero vocatus Leteratayn anno MCCLXXXVII miſſus eſt a Soldano Babyloniae, ad obſidendum caſtrum unum, quod Sa igo-

Sangolaſcar tenebat contra Soldanum praedictum. [Eſt Sahiun]. Habito vero caſtro" cet.

(60 a.) *Pag.* 89. *verſus Laodiceam.* An ergo apud Mar. Sanut. l. c. pro *Liciae* legendum eſt *Laodiciae.* "Habito vero caſtro, ait, cepit XIII die Aprilis caſtrum Liciae Principis Antiochiae." Videtur. Sed tamen eſt etiam Licia locus maritimus inter Tortoſam et Gabalam. vid. Mar. San. p. 146. 151. Quis novit annon *Licia* per compendium dixerint pro Laodicia.

(60 b.) *Pag.* 89. *Tadan Mangu.* Hunc l'Hiſtoire genealogique des Tartares pag. 356 Tuda Mangu appellat, et eius ſucceſſorem Tochtagu, et in his enarrandis immane quantum a Noſtro diſcrepat. Verba haec ſunt: "Après la mort de Mengu Timur Chan, Tuda Mangu, fils de Batu Saginchan, parvint au throne des Kipzaks, et comme il chargeoit ſes ſujets de trop d'impots Tochtagu, fils de Mengutimurchan, ſe crut obligé de lui remontrer l'injuſtice de cette conduite: mais il fut ſi mal reçû par Tuda Mangu Chan, qu'il fut obligè de vuider le pais, neanmois il trouva le ſecret d'y revenir peu de temps après à la tête d'une puiſſante armée, ſans qu'on puiſſe dire d'ou lui fut venû un ſecours ſi conſiderable, et ayant donné bataille à Tuda Mangu Chan, ce dernier perdit le ſceptre avec la vie en cette occaſion, et Tochtagu ſe fit reconnoitre en qualité de Chan des Kipzaks. Ce prince regna ſix ans avec l'applaudiſſement univerſel de tous ſes ſujets, et conquit un grand nombre de villes voiſines."

(61) *Pag.* 89. Marin. Sanut. p. 229. "Venit itaque Soldanus ad obſidendam Tripolin: verum interim moritur filius eius, et prae dolore appoſito, reſilit."

(62) *Pag.* 91. *Malec el-Manſur.* Hic eſt ille *Melec Meſſor*, ut Mar. Sanut. p. 229. c. 20. eum corrupte appellat, pro *Melec Menſor*, de quo ſic ſcribit: "Sequente anno [MCCLXXXIX, non 1288, ut in margine edit. Bongarſ. adſcriptum eſt] Soldanus Babyloniae *Melec Meſſor* XVII Martii venit ante Tripolin" cet. Eundem deſignat Haiton Armen. c. 52. fine, corrupta voce *Elſi*, pro qua *Elfi* ſcribendum. "Praedictus Soldanus *Elfi* civitatem Tripolitanam obſedit anno Domini MCCLXXXIX et violenter occupavit

pavit eandem." Conf. d'Herbelot p. 244. a. et Rudolphus Suchenſis Itinerarium pag. 830.

(63) *Pag.* 93. Conf. l'Hiſt. Geneal. des Tartares p. 383 ſqq.

(64) *Pag.* 93. Mar. Sanut. p. 230. c. XXI. "Cogitavit *Melec Meſſor* parare exercitum ad deſtruendum in terra Syriae Chriſtianorum reliquias, et anno MCCXC menſe Octobr. movit exercitum. Sed — mortuus eſt *Meſſor* in itinere, ſucceſſitque illi filius vocatus *Saraf.*" Veneno ſublatum eum ſcribit Haiton. Armen. c. 53 his verbis: "Anno ſequente [1290] praedictus Soldanus Elfi congregavit undique poſſe ſuum, et egreſſus fuit de Aegypto, intendens obſidere civitatem Acon. Et dum in quodam amoeno loco requieſceret quadam die, per quendam ſervum ſuum, quem totius exercitus ſui conſtituerat ducem et rectorem fuit veneno potatus; qui dum crederet dominium uſurpare fuit continuo per alios fruſtatim caeſus, et factus fuit Soldanus filius Elfi, qui vocatus fuit *Melataſſeraf* [leg. *Melec Aſcraf*], et ille cepit nobilem civitatem Acon A. D. MCCXCI."

(65) *Pag.* 93. Mirum id non eſt; olim enim vigebant res Francorum in oriente, novisque identidem ſubſidiis ex Europa ſuſtinebantur, nunc autem prorſus peſſum iverant, ſubſidia deficiebant, incolae Europam repetebant, adeoque difficile non erat iacentes obterere.

(66) *Pag.* 95. Memorabile eſt, quod Marai perhibet in eius elogio, ipſum cum Tataris pacem feciſſe, et habuiſſe duodecim millia mamlucorum, et quidem, ut alio loco tradit, maximam partem Circaſſorum, eorum qui Chovarezimſchahum ſecuti quondam fuerint; et hos fuiſſe cauſſam ruinae ſuae gentis. Videtur Circaſſos cum Chorezminis confundere et Malec es-Salehi Eiubi factum huic attribuere.

(67) *Pag.* 97. Marinus Sanutus pag. 230. cap. XXI. die V April. A. C. 1291 ait.

(68) *Pag.* 97. Certo non dixerim, quid haec vox بسطة proprie ſignificet, et num proba lectio ſit. Navigii genus notare patet ex proxime ſequentibus. Si proba ſit lectio, erit procul dubio eadem atque *fuſta*, genus navigii humile et leve remis et velis inſtructum, quali piratae utuntur.

Si

Si autem vitium inſit ſcriptura, crederem reponendum eſſe بطشة *Bataſcha, une patache*, itidem parvi et levis navigii genus.

(69) *Pag.* 97. البيزك et البيزكيه quod eſt illud *Lyſae* apud Marin. Sanut. p. 218. ubi interpretatur *anterior pars exercitus.*

(70) *Pag.* 99. Mar. San. p. 231 XV Madii, 1291. Conf. Siffrid. Presbyt. Epitom. lib. 2. ad A. C. 1291. Compilatio Chronol. "Anno Domini MCCXCI, ait, capta eſt civitas Accon a Sarracenis in die Potentianae virginis."

(71) *Pag.* 99. *Schagai.* Eſt ille, quem Marin. Sanut. p. 232 *Segei* et *Segey* appellat.

(72) *Pag.* 103. *Taiaram.* Vi vocis notat ορνιθοθηρειν, vel ορνιθοσκοπιον, putem autem a ſimilitudine talis tugurii ſic dictam fuiſſe turriculam in propugnaculi vertice, ſpeculam.

(73) *Pag.* 115. De hoc caſu exponit Marin. Sanut. III. part. XIII. c. I. p. 233. ubi caedis improbabilem allegat rationem, de turbis eam ſecutis diſſerit, et tyrannos nominat, *Bedeyre*, qui hic eſt *Baidara*, (et ſemel etiam *Baidar* ſcriptum erat) *Gothbega*, quem nos *Ketboga*, Hait. Arm. c. 53. ubi etiam de his ipſius rebus, *Guiboga.* Noſtri *Lagin*, eſt Sanuto *Leſchin*, Haitono *Lachim.* Et *Schagai* vel *Schagaicus*, eſt Sanuto *Seyay.*

(74) *Pag.* 115. "Egreſſum ad Gizam, ait Marai, venandi cauſſa trucidabant ſui milites, retroque per podicem immiſſo gladio et ſurſum per ſpinam dorſi ducto medium findebant, die 13 primi menſis anni 693, et ſepultus fuit in Torba, quam ipſe ſibi vivus curaverat prope Maſchhad as-Saieda en-Nafiſa, die 13 ſecundi menſis. Erat rex fortis, audax, ita ut inter reges Turcas [mamlucos] notus non ſit qui cum ipſo comparari queat ratione fortitudinis; erat admirabiliter venuſtus; nitor pulchritudinis florebat ſuper ipſo, et reverentia Sultanicae maieſtatis inſidebat eius vultui." —

(75) *Pag.* 117. Haiton Armen. c. 53. "Poſtea fecerunt dominum ac Soldanum, illum qui hodie eſt Soldanus [Haiton enim coaevus Abulfedae fuit] qui vocatur Melecnaſer — Et quia iſte Melecnaſer erat valde iuvenis, datus

ſibi fuit baiulus et tutor quidam, nomine Guiboga, qui fuit Tartarus natione et fuerat ſervus emptitius patris ſui."

(76) *Pag.* 117. *Aruſo.* Dubius haereo ſitne اروس nomen proprium, (quo tamen magis propendat animus) an notat *capita.*

(77) *Pag.* 117. *ex alto praecipitatus.* Hoc putem deſignare verbum وقع in iſtis ثم وقع فاحتفار فشنق quamquam hoc ſenſu alibi nuspiam adhucdum repererim. Poteſt certe notare *cadere factus fuit.* Et ſane della Valle ſuorum Itinerum alicubi ait ſe vidiſſe duas mulieres e turri praecipitatas, quale ſupplicii genus, etiamſi apud nos ignotum ſit, ibi tamen admodum frequens eſſe. Malim tamen ut verum dicam رفع legere pro وقع, hoc eſt *afferebatur*, *praeſentabatur*, extractus e latebris ſuis, et tum patibulo ſuſpendebatur.

(78) *Pag.* 119. *Ibn-es-Salus.* Videtur hic vir Ibn-es-Salus appellatus eſſe a vico Salus, e quo forte originem trahebat pro more Turcarum et Arabum recentiorum; ut conſtat ex illis notis *Herzek ogli*, *Caraman ogli*, *Aidin ogli*, et ſimilibus. Meminit autem huius pagi Elmacinus pag. 138. e quo loco apparet fuiſſe in Romania vel Aſia minore, inter برووة Βρυα et *Leluon* vel *Lilion* Marini Sanuti. Forte idem eſt quem memorat Zamachſcharius in Lexico Geographico سلغوس موضع *Salagus*, dicens, *eſt locus;* nil praeterea, ſic enim ſolet.

(79) *Pag.* 121. Haiton Armen. p. 88. c. 53. "Iſte Guiboga uſurpavit dominium et Soldanum iuvenem poſuit in quodam caſtro Crac de Monreal, eidem faciens neceſſaria miniſtrari. Iſte Guiboga fecit ſe appellari Melecchadel." Marin. Sanut. p. 233. init. cap. 2. "Poſt dictam Saracenorum ſtragem, iuvenis *claudus* frater Seraf, et filius Meſſor, in Aegypto Soldanus efficitur." Verum is in narratione nonnihil turbat.

(80) *Pag.* 125. *Cazanum.* "Cazan, on pour parler plus elegamment *Cazgan*, veut dire un chaudron on large marmite, dont pluſieurs camerades ſe ſervent pour faire bouillir leurs vivres en compagnie. De la on donne le nom de Cazan aux familles Tartares, à cauſe qu'elles ſont compoſées d'environ dix perſonnes plus au moins." Verba ſunt Cantemiri III. p. 411.

(81)

(81) *Pag.* 125. Paullo fuſius, diſtinctius et plenius hac de revolutione narrat Herbel. p. 178. 179. ex Chondemiro.

(82) *Pag.* 127. Neceſſe igitur eſt eum altero fratre Aſchrafo non parum annis minorem fuiſſe. Apparet quoque hinc, Abulfedam hoc opus uno anno non abſolviſſe. Nam in ſuperioribus alicubi, loco quodam huic ſimile, dicit ſe illa ſcribere a. 715.

(83) *Pag.* 127. Haiton Armen. cap. 53. "Tempore iſtius Guiboga tanta fuit in regno Aegypti rerum victualium caritudo, quod omnes Saraceni fame defeciſſent et penuria, ſicut canes, niſi forte fuiſſent aliqui Chriſtiani, qui eisdem multa victualia detulerant cupiditate lucrandi." Marin. Sanut. p. 233. "Vniverſus populus Aegypti fame percuſſus fuit ita ut maior pars *inedia* periret ſecutaque *peſtilentia* gravis" cet.

(84) *Pag.* 129. *Cacun.* Wilh. Tyr. XII. 21. locus in campeſtribus Caeſareae [Palaeſtinae] cui nomen *Caco.*

(85) *Pag.* 129. *Guſiam.* جوسية Sed ann. 716 eſt جوشية *Guſchia.* Apud Elmac. p. 216 eſt جوشنة *Guſchana.*

(86) *Pag.* 129. *Nahr el-Auga.* Apud Maraium invenio وادي قحمة (ſic) in codice Dorvilliano.

(87) *Pag.* 131. *Sarchoda.* Haec eſt illa quam Haiton Armen. l. c. male *Sarſac* appellat.

(88) *Pag.* 137. *Dondin.* Non poteſt alius eſſe quam is quem Mar. Sanut. p. 233. c. 2. *Conſtantem* appellat, ubi facta fratrum, *Haitonis, Thoruſi, Sebathi* [aut *Senibathi*] et quarti, *Conſtantis,* enarrat. Plures ille non memorat; Noſter addit quintum *Vſchinum.*

(89) *Pag.* 141. *Capgac.* Hic eſt ille *Caycaph* de quo Marin. Sanut. pag. 240.

(90) *Pag.* 143. *Cotluſchah.* Hic eſt ille *Codeloſa* de quo Mar. San. p. 240. Vid. de his rebus Herbel. p. 363. a. qui ad ann. 696 refert, et ipſi ſucceſſorem dat, non Cotluſchahum, ſed *Sadr-ed-dinum Zenganium.* Ita leg., non, ut ibi vitioſe proſtat, *Rengani*; de quo vid. p. 249. a. 359. b. et alibi.

(91) *Pag.* 145. *feudis — cenſum imponere.* Loci nexus et circumſtantiae videntur hanc ſignificationem requirere et tribuere, voci, quae in textu Arabico eſt, nempe مروك, ſed quae de cetero mihi ignota et alibi nuspiam lecta fuit, neque in Golii Lexico proſtat. Nimis pauca ſcimus de conſtitutione imperiorum orientalium ratione contributionum et exactionum. Vide num aliquid lucis conferat locus Maraii in vita Bibarſi Bondocdarici. "Erat, ait, moris, ab eo tempore inde, quo Tatari Syriam invaſerant, ان يوخذ من املاك الناس في كل سنة اجرة شهرين "ut caperetur de poſſeſſionibus hominum merces duorum menſium." [Ita verbotenus. Forte vult dicere; ut caperetur de eo quod quisque per duodecim menſes ſibi acquireret, tantum, quantum aequaret unam ſextam partem totius.] Hoc Tag-ed-din Ibn-Bent el-Aazzi, durante functione ſua [ut Cadi] primum quidem exacte obſervavit et exegit, deinde autem ſenſim abrogavit."

(92) *Pag.* 147. *longae continentis.* البر الطويل Ita Arabes totam Italiam appellant *Barram longam*, vel *Longam barram*, unde *Longabardia*, *Longobardia*, *Lombardia.* Supereſt haec vox adhuc in Hiſpanica lingua, cui *barra* notat *litus*, *riperiam.* Poſſet haec etymologia perquam appoſita videri. Non tamen habeo quod reſpondeam illis, qui obiicient Longobardos iam Tacito memorari.

(93) *Pag.* 147. Conf. Mar. Sanut. p. 213.

(94) *Pag.* 149. *In famulitio Imperatoris — inveni Muſlemos.* Exempla proſtant in Matthiae Spinelli de Iuvenatio Chronico, ut ad ann. 1249 "12. die Novembr. factus eſt Iuſtitiarius in provincia Barienſi frater Admiralii Siciliae, qui erat magiſter portulanus [ſeu praefectus portuum] et erat Saracenus." Et ad d. 28 Dec. eiusdem anni. "Tranſiit hac corpus imperatoris [Friderici II.] quod ferebatur Tarentum et ego egreſſus ſum ut viderem: geſtabatur autem in lectica, holoſerico rubro operta, cinctum ducentis Sarracenis peditibus, ordinaria corporis regii cuſtodia" cet. Idem ſub finem menſis Martii A. C. 1254 appellat "Almuz, tunc vice Admiralium Siciliae, Sarracenum;" et aliquanto ante ait, Appulos et Siculos taeduiſſe diuturni Theuto-

Theutonicorum et Sarracenicorum imperii, in praeiudicium indigenarum. Conf. Idem ad d. 11 Sept. A. C. 1256 et ad d. 28 Febr. A. C. 1257, et eiusdem anni ad 28 Octobr., item ad diem 9 Febr. A. C. 1260, et 3 Septembr. e quibus et aliis similibus locis apparet, Sarracenos a Friderico, et Manfredo praecipue, magnifactos fuisse, tantamque licentiam impetrasse, ut Christianis impune insultarent.

(95) *Pag.* 151. Forte inaudiverat ille legatus aliquid, sed non recte perceperat eorum, quae narrat Matthaeus Paris illo capite quod inscribitur: *Depositus*, nempe Fridericus, *seipsum coronat.* Cuius partem huc apponam. "Cum autem haec omnia audivisset dominus Imperator Fridericus, [nempe se a Papa Innocentio IV. in Concilio Lugdunense excommunicatum et imperiale dignitate privatum fuisse] vix se prae indignatione capiens, in vehementissimam iram exarduit, torvoque vultu omnes circumsidentes aspiciens intonuit, dicens: *Abiecit me Papa in Synodo sua, privans me corona mea? unde tanta audacia? — ubinam sunt clitellae meae, thesaurum meum portatilem continentes?* Et cum allatae fuissent, et coram eo eius iussu reseratae, ait: *Vide si iam sunt amissae coronae meae.* Repertam igitur unam imposuit capiti suo; et coronatus rexit se, et minacibus oculis, voce terribili et insatiabili corde dixit in perpatulo: Non adhuc coronam meam perdidi, vel papali impugnatione, vel synodali concilio, sine cruento perdam certamine." rel.

(96) *Pag.* 151. Elogium hoc ipsi scribit Marai, loco cuius spem iam feci ad ann. 693 et quem tanto libentius proferam, quod aliquid confert ad intelligendum statum scholarum Muhammedanorum, et momenta quaedam huius ipsius auctoris Maraii, cuius opusculum toties citavimus. "Hic est, ait, ille Lagin qui splendida illa legata dedit templo Thulunico, et constituit in eo professores Tafsir [Hermeneutices, Corani nempe] el-Hadit [traditionum Muhammedis], fikhae [iuris sacri, et quidem hos numero quatuor] secundum quatuor sectas [Schafeïticam, Hanafiticam, Malekiticam, et Hanbaliticam], Caraat [variarum lectionum, Corani nempe, seu stilo nostro Professorem Critices] et Micat [temporum festorum, quasi dicas astronomiae] et Teb [seu medicinae]. Et haec institutio continuat usque ad nostrum diem.

Ego

Ego ipſe in hoc gymnaſio profeſſor Fikhae ſeu Iuris ſecundum doctrinam Hanbaliticorum conſtitutus ſum. Sed prae ceteris profeſſoribus mihi facta eſt iniuria ratione ſolutionis ſtipendiorum, inique numos diſtribuente Cadio Ahmede Nubienſe; quamvis legator expreſſe ſanxerit et caverit, ut diſtributio aequalis eſſet, et unusquisque profeſſor tantundem atque alter acciperet; et quamvis indigentior ceteris eſſem, et quamvis tandem reditus mei debuiſſent ceterorum reditibus luculentiores fuiſſe, ſiquidem plus quam ceteri publice praelegebam, et componebam, et frequentiores edebam Fetvas [aut brevia caſuiſtica]. Sed ita eſt, ut habet traditio: Non veniet finis mundi priusquam feliciſſimus hominum quoad mundana ſit كسع بن كسع σκνιψ σκνιπος, ſordidus filius ſordidi patris. [Pungit Nubienſem illum.] Occaſionem iſti legationi dedit hic caſus. Iuſſerat Malec el-Aſchraf ipſum ſtrangulari. Et ſtrangulatus quoque fuit, ſed redibat deinceps ipſi ſpiritus, ita deo volente, qui Sultanatum, ad quem pervenit, ab aeterno decreverat. Sibi iam redditus occultabat ſe ſub Minnaret [ſeu turri vel pharo] Gamei [vel templi] Thulunici, et latebat, effugiebatque tandem feliciter. Latitans autem ibi vovebat deo, velle, ſi ex hoc diſcrimine ſalvus evaderet, templum illud reficere [vetuſtate collapſum et deſertum]. Erat de cetero rex fortis, audax, diſcretus, rerum intelligens, gravis, et in aula magnae auctoritatis."

(97) *Pag.* 159. *de avibus rapacibus.* In Arabico eſt من طيور الواجب quod putem duplici modo explicari poſſe, 1) de avibus επιπτωσιμοις, ideoque rapacibus. Fateor tamen, ſi linguae genius ſpectetur, potius dicendum hoc ſenſu fuiſſe الوجب των της επιπτωσεως. 2) Poteſt reddi *de avibus debiti* (quod cum lingua Arab. magis convenit), hoc eſt animal unum de iis quae occidere et exſtirpare tenemur ex lege noſtra. Conferri tum hoc poſſet cum illa hiſtoriola quam Morganus in deſcriptione Barbariae T. II. p. 338. Belgicae interpretationis narrat. Ibi ſcilicet Scherifus aliquis queritur ſe nondum potuiſſe prophetae ſuo ſanguine Chriſtiano litare; non alium ipſi cultum praeſtitiſſe hactenus, quam tenuem illum, ſcilicet interdum *urſum occidendo.*

(98)

(98) *Pag.* 163. Conf. Mar. Sanut. pag. 240. lin. 1 — 17. ubi dicit apud Hamatam ad unam inde diaetam contigiſſe.

(99) *Pag.* 163. *Gaſchnegir.* Ille Mar. Sanut. pag. 243. et alibi eſt *Naboy Seler*, hic *Bibarſinicher.*

(100) *Pag.* 165. Hait. Arm. c. 53. "Et iſte Melecnaſer eſt ille Soldanus, quem Caſanus debellavit in campo, et qui hodie regnat." Quid ſit in campo debellare, non ſatis bene novi. Eſtne idem quod nos dicimus, *aus dem Felde ſchlagen?* An deeſt aliquid?

(101) *Pag.* 165. Compilatio Chronol. p. 746. "Anno Domini, ait, MCCC quum civitas Accon et tota terra ſancta in poteſtate gentilium ſteterit octo annis, rex Tatatorum Gazan potenter cum ſuis, rege Armeniae ipſum adiuvante, terram ſanctam usque Damaſcum hoſtiliter acquiſiverunt, in duobus conflictibus ſeptuaginta millia hominum gentilium ad arma valentium occiderunt, praeter reliquum populum, cuius numerus non poterat determinari. Idem rex Tatarorum a Nativitate Domini usque ad Maium permanens in Damaſco, potenter mittens ſuos ſollemnes nuncios ſummo pontifici Bonifacio, petens et deſiderans, ut omnes Chriſtiani advenirent, terram ſanctam accipiendo et poſſidendo, quam ipſis animo volenti vellet dare et vocavit principaliter tres ordines, templarios, Hoſpitalarios et fratres Alemannos, in ipſis ſuis litteris domino apoſtolico ad Romanam curiam deſtinatis."

(102) *Pag.* 165. *Domus felicitatis.* Eſt titulus quo Turci ſuorum principum reſidentias ornare ſolent. Ita inter appellationes aulae Ottomanicae quoque reperitur *Bab es-Saadet* et *Bab* aut *Der ed-Daulet*, باب السعادة et باب الدولة *la porte de felicité.* Vid. Cantemir I. 7.

(103) *Pag.* 167. Memorabile quod Marai refert. "Deinde, ait, incipiebat Naſer ſe comparare bello cum Tataris felicius ſuſtinendo, poſtquam venerat ad ipſos [Miſram Damaſco] Schaich Ibn-Taimia ſuper Barid [ſeu auguſto celere veredario, Sultani mandato excitus] et excitavit eos ad hoc [Miſrenſes nempe, ad fortius cum Tartaris pugnandum et liberalius contribuendum ad belli ſumtus]." Fuerit ergo hic Ibn-Taimia, de quo deinceps recurret, alius quaſi Paulus Eremeta aut Bernardus Clarevallenſis, qui ſacram

expeditionem adverſus Tataros praedicavit. Imo vero maius quid fuerit. Videbimus enim deinceps eum nuda voce ſua et precibus exercitum Tataricum profligare. Vid. ad ann. 702.

(104) *Pag.* 167. Marin. Sanut. pag. 240. lin. 17 — 31. "Poſtquam autem Gazanus quievit diebus quinque — rei Gazano nuntiavit eventum." Quod *Caycaph*, qui ibi nominatur, idem ſit cum Noſtri *Capgaco*, iam ſupra notavi. Sed quis ille ſit *Caido* et *Malay*, qui ibidem memorantur, neſcio.

(105) *Pag.* 169. *Sarchoda.* Haec eſt illa quae corrupte *Sarſac* appellatur ab Hait. Arm. c. 53. in iſtis: "Iſte Lachim [Legin] noluit deſtruere Guiboga [noſtro Ketboga] qui eius exſtiterat ſocius et amicus; imo dedit ſibi dominium cuiusdam terrae, quae vocatur *Sarſac* [Sarchod] et civitatem Hamac" leg. Hamat. Sed confundit tempora.

(106) *Pag.* 173. *Borlogi.* Marin. Sanut. p. 243 eum *Balargon* appellat. Vid. lin. 4 — 10.

(107) *Pag.* 173. Leg. de hac expeditione Marin. Sanut. pag. 240. lin. 31 — 36. "Ille transacto aeſtatis [anni MCCC] calore — omnes redire coacti ſunt a. MCCCI."

(108) *Pag.* 175. Fuerat enim Balaban mamlucus Calavuni, patris Naſeri.

(109) *Pag.* 177. *Aſandemor Corgicus.* Marin. Sanut. p. 243. 24. *Sandomor*, qui fuit Georgianus, et diu circa Tripolin dominium ſatis viriliter tenuit.

(110) *Pag.* 181. *Aradus.* Conf. Mar. Sanut. p. 242. lin. 21. usque ad finem capitis. In Arabico erat ارواد Arvad, quam Maundrell ait hodie *Ruad* a Turcis appellari, olim *Arvad*, *Arphad* et *Arpad* dictam.

(111) *Pag.* 183. *in Eufratis anfractibus.* Credo ſic dictum eſſe tractum illum fluvii apud Roham et Harranam, ubi a directo verſus auſtrum curſu in orientem vergit; vel et in illis Maeandris, qui quibusdam in chartis ibi viſuntur.

(112) *Pag.* 185. Ex improviſo, ut vult d'Herbelot pag. 363. b. "Gazan, ait, avoit repaſſé l'Euphrate, et ſes capitaines trompez par les eſpions,

ne

ne ſachant pas la venue de Naſſer, s'approcherent de Damas, qu'ils croyerent ſurprendre; lorsque tout à coup leur avantgarde ayant decouvert l'armée de Naſſer, elle fut obligée d'engager en bataille." cet. Paullo poſt addit: "Abulfeda, prince de Hamah, le plus fameux geographe de l'orient, ſe trouva dans le Camp de Naſſer à la bataille, ou les Mogols furent defaits."

(113) *Pag.* 187. Non pugna victos ſed immiſſa ex ruptis aggeribus aqua ſubmerſos Tataros perhibet Geuffr. p. 167. ex Haitono.

(114) *Pag.* 187. *Bulaita.* Vel *Iulaiho*, ut in Cod. mſſto erat. Videtur hic in Cotluſchahi locum ſucceſſiſſe, qui ipſa in acie ceciderat, ut perhibet Marai. "Foedam, ait, in fugam pellebantur Tatari, et Cotluſchah cadebat, eorum dux. Aderat in acie apud Sultanum Schaich Ibn-Taimia, et monſtrabat fortitudinem quantam non facile dixeris. In ipſo fervore pugnae exclamabat Sultan: O Chaled, fili Validi! [intercede pro nobis apud deum, et impetra nobis victoriam; aut adesdum et pugna nobiscum; quale quid in Hiſpanica hiſtoria de S. Iacobo de Compoſtello, et in Romana de Caſtore et Polluce non raro celebratur]. Verum Schaich ipſum reprehendebat dicens: Imo vero recita illud Corani [ex Fatehah, ſeu prima Surata] يا مالك يوم الدين اياك نعبد واياك نستعين "o domine diei iudicii, te colimus et tuum imploramus auxilium." Et protinus cum dicto contingebat victoria Muſlemis, neque deinceps ullam ſecundam fortunam habuerunt Tatari, ſed fracta fuit ipſorum nequitia, et ſublapſae retro res." Scilicet erat Ibn-Taimia doctor Hanbaliticus, qualis erat ipſe Marai. Propterea vir ſanctus et θαυματουργος erat. Solent Hanbaliticae ſectae ſuae omnes in coelum laudibus tollere, alterius ſectae hominus contemnere, vel et calumniari. Et praeterea magni quique principes et bellatores Muhammedani ſecum ſemper in caſtris habuerunt hominnem aliquem ſanctitatis odore commendatum, ſive id ſuperſtitione, ſive politicis de cauſſis.

(115) *Pag.* 191. *Ibn-Gammaa.* جماعة Poteſt quoque *Gomaa*, aut *Gumaa*, ut d'Herb. pag. 405. b. efferri; qui *Schams-ed-din, ou Azz-ed-din Muhammed Ibn-Gumahat* ſcribit. Conf. p. 338. b.

(116) *Pag.* 191. Apparet Badanam esse mensuram; sed qualis et quanta sit, nescio. Golii Lexicon hanc vocem non habet. Forte sit *orgya*. Occurrit aliquoties apud Baha-ed-dinum in vita Saladini, ubi cl. Schultensius ita dissimulavit, ut quid putaverit esse, vix agnoscas. Conf. p. 175. c. 109. lin. 10. et p. 199. lin. 33. ex quo posteriore loco concludas, aut genus aliquod propugnaculi, structurae in muro, aut numerum aliquot orgyarum simul sumtarum ea voce designari.

(117) *Pag.* 191. Teixeira p. 341. "en Kazuin — fue sepultado en Tabriz en Zambgazun [Zamech Gazun جامع قازان Gama Cazan, templo a Cazano condito] una sumptuosa Mesquita que el hauia en suvida fabricado y de todos los desta progenie solo esta sepultura dura hasta oy sin offensa del tiempo."

(118) *Pag.* 191. *Charbanda.* خربنده Hinc quidam effecerunt خدابنده *Chodabende.* In genere in nominibus Tatarorum principum magnae turbae regnant et incertitudo. Conf. Hist. Tatar. Geneal. p. 424. ubi pro الجيبتو *Olgaptu* exhibetur *Vlsaitu* tanquam الجيتو legisset. Ibidem hoc memorabile de Gazano narratur: "Gazan Chan fut le premier des princes de la posterité de Taulai Chan, qui regnerent dans le pais d'Iran, qui embrassa la religion Mahometane avec tous ses sujets, et pour les empecher de retomber jamais dans le Paganisme, il fit mettre le feu à tous les temples des idoles dans les provinces de sa domination."

(119) *Pag.* 195. Ex hoc loco, et alio Cantemiri statim allegando concludo teneri hunc morem a Muhammedanis sacrum iter instituentibus, ut Hierosolymam et sepulcrum Abrahami demum post visitata sacra loca Petraeae Arabiae invisent. Locus Cantemiri est I. pag. 296. "Celui qui allant à la Mecque passe d'abord par Jerusalem, n'est pas un parfait Hagi, ou pelerin."

(120) *Pag.* 195. *Pardalorum.* In Arabico est الثمور, quod esset pluralis, sed ille parum usitatus, vocis ثمر *fructus.* Hoc nimis generale est. Propterea reddidi ac si scriptum reperissem النمور. Horum tamen, quae hic enumerantur, omnium nihil reperio in recensione proventuum Dongalae, quam dat Leo Afric. VII. c. 17. p. m. 444.

(121)

(121) *Pag.* 197. Marin. Sanut. p. 240. "A. C. MCCCVII de ſeptem millibus, usque Tharſum percurrentibus, vix evadere potuerunt trecenti, quin iuxta *Aiacium* mortui vel capti fuerint."

(122) *Pag.* 199. *Caſtravanorum.* Caſtravani videntur incolae montis *Caſtravan* eſſe, de quo Maundrell.

(123) *Pag.* 199. De Druſis hodie ſatis conſtat ex Herbeloto et Itineratoribus. Nunc iuvat obſervare, Herbelotum p. 287. a. et 411. a. deceptum a prava lectione, procul dubio Elmacini Erpeniani p. 264. lin. 30. الدرري *Dararaeus* (ut eſt in Latinis) pro الدرزي ſectam confinxiſſe Dararaeorum, quae nulla fuit. Repetit quidem p. 411. a. ſed nihilo rectior eo fit error. Pro الدرري *Darari* legendum ibi eſſe الدرزي *Dorzi*, et pro الدررية *Dararii* الدرزية *Dorzii* vel *Druſi*, res ipſa clamat.

(124) *Pag.* 199. *Ibn-Taimia.* تيمية Ita ſemper apud Noſtrum et Hagi Chalifam ſcribitur, et alios. Ergo male d'Herb. p. 152. a. يتيمية *Iatimia;* ubi etiam mortem eius, quae anno 728 contigit, ad ann. 768 refert; niſi vitium ſit typographicum. Repetit utrumque errorem p. 479. b. init. ſed rectius habet pag. 192. a. (lin. 1. et 28.), item pag. 847. b. init. Quanto hic vir odio Chriſtianos perſecutus fuerit, demonſtrabo alibi exemplis ex Maraio; et conſtat ex d'Herbel. p. 562. a. voce *Maſſilat fi'l-Kenais.* Idem ipſum p. 877. b. Taki-ed-din Ahmed Ibn-Timia Alkhazenum الخازن appellat. Conf. Catal. Bibl. Leid. p. 434. n. 614. et Catal. Bibl. Reg. Pariſ. pag. 201. 946. ubi praeteritum Herbeloto ſcriptum eius السياسة الشرعية في اصلاح الراعي والرعية memoratur; et pag. 205. 980. et pag. 191. a. init. ubi Schams-ed-din Muhammed Hieroſolymitanus eius vitam ſcripſiſſe dicitur.

(125) *Pag.* 199. Poterat quoque reddi, *quamvis Hanbaliticae ſectae addictus eſſet;* item, *praeterea quod Hanbaliticae ſectae addictus eſſet.* Et ſane Hanbalitae plerumque male audiebant, ut tumultuatores, et hic homo revera ſectae illius erat. Vid. d'Herbelot p. 847. b. init. Id tamen quod in textu poſui confirmat locus in ſuperioribus, edictum a Chalifa Bagdadico proditum, quo Hanbalitae, non tantum ut ſeditioſi, ſed ut deum quoque

foedis ſuis formis aſſimilantes increpantur. Vid. ad ann. 323, et ad ann. 458 in vita Abu-Ali Ibn el-Farraï, item ad a. 317.

(126) *Pag.* 201. Vid. Leo Afric. III. 56. p. 253. et IV. 10. p. 333. ubi late et ex profeſſo de hoc caſu exponit.

(127) *Pag.* 203. *Abu-Tabet Amer.* Eſtne idem cum Abu-Saido, quem tertium Marinorum regem citat Leo Afric. p. 301. lib. III. cap. 136. Sed ipſe ſibi contradicit p. 305. c. 139. ubi Abu-Saidum fratrem Iacobi fuiſſe, et ante hunc (adeoque ante annum 654) deceſſiſſe ait.

(128) *Pag.* 205. *Ali.* Aut hic, aut ſequens Soliman, eſt ille *Abulheſen*, quem *quartum regem Marinorum* appellat Leo Afric. III. 57. p. m. 253.

(129) *Pag.* 205. *Barlogi.* Conf. Mar. Sanut. p. 243. lin. 3 — 11. ubi eum *Balargon* appellat.

(130) *Pag.* 207. Procul dubio non ſponte ſua, forte flagitante id aut Sallaro, aut Bibarſo, qui omnia tunc in aula valebant.

(131) *Pag.* 211. *Manſchur.* Μανσουριον Graecis. Ita legendum apud Nicetam Chon. p. 269. διὰ Σολτανικου γραμματος, ὁ φασιν οἱ Τουρκοι Μανσουριον, aut Μουνσουριον; non certe Μουσουριον, ut editur. Hinc etiam intelligas illud obſcurum Leonis Africani in Vitis Arab. p. 278. "*Manſor* igitur [princeps Maroccanus] ad Averroim in Cordubam nuncium deſtinavit cum chirographo per eundum ſubſcripto — quem *Manſorem* adeptus Averrois" hoc eſt Μανσουριον ſeu γραμμα σολτανικον, *auguſti codicillos.*

(132) *Pag.* 211. Atqui vetere in libello, qui ſolus mihi de his rebus ad manum eſt, invenio, Rhodum inſulam Turcis ademtam ab Hoſpitalariis fuiſſe. Liber ille perrarus eſt. Habet hunc titulum: "Propugnacle de l'Europe. Ample et veritable deſcription de la celebre et très renommée Iſle Affricaine de Malte. — Traduit de langue Allemande en Francois par Jean Jacquelin Notayre, Bourgeois de Pourrentruy. Imprimé a Pourrentruy par Chriſtoffle Cracaw 1611." Eſt liber in forma 12. Ibi a pag. 82 ſqq. deſcribit hanc expeditionem, et ait p. 86: "depuis le dict temps auroyent ces chevaliers quitté le nom d'Hoſpitaliers et pris le nom de Rhodiens."

(133)

(133) *Pag.* 213. *Porta aquaeductus.* Eſt porta cum platea illuc ſpectante apud Cahiram, cuius aliquoties meminit Vanſleb, ut p. 120. Vox Cantara notat *pontem*, item *aquaeductum*. Eſt quidem Cahirae aquaeductus e Nilo aquam in caſtellum ducens; a quo poſſit dicta fuiſſe haec porta; ſed aquaeductus ille his temporibus poſterior eſt, modo memoria Vanſlebium non fefellerit id afferentem pag. 287. Deſcribit hunc aquaeductum quoque Io. Helffreich in Itiner. p. 731 et 733.

